

ilia proferentes, risum audientibus violenter extorquent? *Ibid.*

80. Cum inimicum anime sit ridere, perniciosius tamen est scurrilitatis verba proferre. *Ibid.*

81. Momentaneo risu, perpetuus fletus emittit: et temporali fletu, perpetuus risus comparatur. *Ibid.*

SALVIANUS.

82. Christum flevisse legimus, risisse non legimus: et hoc utrumque pro nobis: quia fletus punctio est animi, risus corruptio disciplina. *Lib. 6 de Gubern. Dei.*

83. Nobis ridere non sufficit, nisi risus noster impunitus, nisi flagitiis misceatur. *Ibid.*

84. Rideamus queso quamlibet immensuram dummodo innocenter. *Ibid.*

THOMAS A KEMPIS.

85. Quidam valde inconstantes, rident pro levi fabula, et pro musca volante irascuntur. *Serm. 19 ad Novit., divis. 43.*

86. Ubi risus et dissolutio, ibi fugit devotio. In *Horatio rosar.,* cap. 45, sect. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

87. Si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. *Lib. 4 Tusc. quaest.*

EPICTETUS.

88. Risus ne sit multus, nec ob multa, nec effusus. In suo *Enchirid.,* cap. 43.

PLATO.

89. Non sane id decet, ut effuso risui indulgeamus: ita enim usu venit, ut cum quis ingenti risu frena laxarit, ingens quoque mutatio quaedam consequatur. *Sisygia II, lib. 3, de Republica.*

SENECA.

90. Improbum risus, insanus vultus habitusque demonstrat. *Epist. 52.*

91. Reprehensibilis risus est, si immoedus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. *Prose.*

92. Odibilem quoque hominem facit risus superbus, aut clarus, aut malignus, aut furivus. *De quatuor virtutibus.*

SIXTI PHILOSOPHI.

93. Nimiis risus, indicium est animi negligentis: ne ergo tantum tibi indulgeas, ne risu diffusus. *Sentent. 271.*

Vide etiam tit. *Ecclesia,* sent. 93, 94, 95, 96; *Novitius,* sent. 34; *Origo,* sent. 13; *Rapina,* sent. 13; *Sacerdotis dignitas,* sent. 63.

SACERDOS IN GENERE.

HUGO CARD.

Etymologia. Sacerdos dicitur quasi sacer dux, quia ducatum habet animarum. *Super II Reg. VIII.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

Sacerdos nomen habet compositum ex greco et latino, quasi sacrum dans, et sic a sacrificando vocatus est, consecrat enim et sacrificat. *Lib. 7 Etymol.,* cap. 12.

COLLECTOR.

Definitio. Sacerdos est vir legitime ab episcopo ordinatus ad sacrificia, tanquam minister Dei, facienda.

SENTENTIE PATRUM.

1. Vae sacerdoti, cujus aecidia, vel unius diaculæ prætermittitur missa: resuscitare damnatum potest, sed neglectum et subtractum orbi hominum redhibere non potest. *Serm. 3 de Excellent. sacer.,* cap. 27, excellent. 7, sect. 4.

2. Te respice, o mysta Dei! nosce te, et misere anime tuae, tuum sanctum honorifica sacerdotium, sin. exhoronabit te Christus. *Ibid.,* excellent. 9, sect. 2.

3. Sacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiantur. Habetur in *Decret. Gratiani,* part. 2, causa 1, quaest. 1, can. *Ipsi.*

4. Meliora sacerdotibus damna, quam lucra saeculi sunt. *Lib. 5, epist. 24, ad Marcellian.*

5. Dolere, flere, genere, talia munimenta sunt arma sacerdotis. *Lib. 5, epist. 32, ad Valentinian. imperat.,* in orat. contra Auxentium.

6. Recto comparantur apibus sacerdotes, quia sicut apes castitatem corporis preferunt, cibum vite celestis exhibent, aculeum legis exercent: puri enim ad sanctificationem, suaves ad refectionem, severi sunt ad ultionem. *Serm. 83 de Tempore.*

7. Si populus erraverit, sacerdos orabit pro eo: si sacerdos erraverit, quis rogabit pro eo? *Super Psalm. xxxvii.*

8. Mendacium est sacerdotem se profiteri, et contraria huic ordini operari. *Apud D. Bonav., lib. 4 Pharetra,* cap. 21.

9. Religionis insignia, arma sunt sacerdotis. *Lib. 7 super Lucam,* cap. vi, in illud: *Homo quidam descendebat in Hierico.*

10. Considerandum est sacerdoti ne facile cadat, cui in hoc gravior notatur poena: si sacerdos et timeat peccare, sed magis timeat desperare. *De vera et falsa poenit.,* cap. 5.

11. Tota iustitia hæc est, virginitas, sacerdotium, et martyrium. *Lib. 1 de Mirabil. sacra Script.,* cap. 3.

12. Ut sit quisque verus sacerdos, oportet ut non solo sacramento, sed iustitia quoque induatur. *Lib. 2 contra litt. Pelitiani,* cap. 30.

13. Quicumque erit honore sacerdotali præditus, et proximus fuerit ebrietati, vicinus est ultioni. *Prose.*

14. Quisquis divino munere sacerdos constitutus, vinolentus accesserit ad sacramenti celebrationem, mortis consequendo non habet dilationem. *De Sobriet.,* cap. 1.

15. Nescio qua fronte, aut qua conscientia optat in altaris consecratione gaudere, qui in cordis sui altari non studet munditiam custodire. *Serm. 4 Dedicat. eccles.*

D. ALANUS DE RUPE.

S. BERNARD.

S. ALEX. PAPA I.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

6. Pauperem vitam sacerdos gerere debet, et ideo si superbiam habet, si magno beneficio gaudet, præter vicium et vestitum quod superest, pauperibus dare non differat, quia omnia pauperum sunt. *Serm. 37 ad Fratres in eremo.*

17. Neque enim sacerdos signum regni occupare celestis, aut illius timent imperii gestare coronam: in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, sed et iniquitas, luxuria etiam principatur. *Serm. de Convers. ad Clericos,* cap. 20.

18. Cernitur in nonnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. *Prose.*

19. Verum tu sacerdos, cui ex his placere gestis, mundo an Deo? si mundo, cur sacerdos? nam si placere vis mundo, quid tibi prodest sacerdotium? *Epist. 42, ad Henric. Senonens. archiepisc.*

20. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum: non est jam dicere, ut populus, sic sacerdos: quia nec sic populus, ut sacerdos. *Prose.*

21. Heu, heu, Domine Deus! quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. *Serm. 1 de Convers. S. Pauli.*

22. Omnino audent sacerdotes mali, Agni immaculati sacras contingere carnes, et intingere in sanguine Salvatoris manus nefarias, quibus paulo ante carnes, proh dolor! meretricias attraxerunt. In *Declinat.*

23. Certe tibi loquitur Christus cum ministro suo: Altare, inquit, cui assistis, quam pro te sustinui representat crucem, et calix sepulcrum in quo mortuus quievi; patena lapidem superpositum: corporale sudarium; substratoria corporalis, linteamina quibus involutus fui: hostia quam vides jam non est panis, sed caro mea quam pependit in cruce pro mundi vita. *Serm. 1 in Cena Dom.*

24. Sacerdotales viros quaerimus, qui plures habemus sacerdotis: plures, inquam, numero, non merito: simulatione, non fide: specie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo spiritali: carnis adjunctione, non cordis unitate: sunt enim lotis manibus, tamen illotis operibus. *Prose.*

25. Cruenta conscientia ad divina accedunt sacrificia, comedunt sine timore, et sine reverentia carnes Agni qui presidet in caelo, sicut carnes quæ venduntur in foro: non sicut sacerdos assistit in altario, sed sicut carnaliter in macello. *Ibid.*

26. Heu! quod magis dolendum est, quanti sa-

cerdotes, sed falsi sacerdotes, qui panem Christi, corpus Christi sumunt ore, et Christum conculant pede; putidi fotore luxurie, infecti veneno nequitiae? *Serm. 2 de Cena Dom.*

27. Quanti de altari vivunt, qui altari non serviunt, imo Dominum altaris pro nihilo ducunt? *Ibid.*

28. In incensu debet esse sacerdos ornatus gravitate, ut mentis maturitatem ostendat. *Hab. in Decret. Gratiani,* part. 1, dist. 41, can. *Clericus.*

29. Qui divino sacerdotio honorati et in clericali ministerio constituti sunt, non nisi altari et sacrificiis deservire, et precibus atque orationibus vacare debent. *Epist. 66, ad Clerum et plebem Furnitor.*

30. Sacerdotes sunt Dei interpretes. *Epist. 8, ad Demophil. monachum.*

31. Sacerdos non est, qui sacerdotibus dotibus caret. *Ibid.*

32. Profecto penitus abhorret a sacerdotum ordine atque facultate is, qui illustrandi vi non est præditus. *Ibid.*

33. In sacerdotem tanquam in speculo, relucere debet perfectio. *Epist. ad Damas. Pap. de morte D. Hieron.*

34. Sacerdos sine misericordia, navis est in medio pelagi undique perforata. *Ibid.*

35. Non vestimentis et ordine solum quis est sacerdos, sed et vita: parum prodest differentem esse vestimentis a sæcularibus, et concordem vita. *Ibid.*

36. Nulla certe in mundo tam crudelis bestia, quam malus sacerdos. *Ibid.*

37. Nihil vile, vel sordidum in sacerdotis ore, vel opere debet apparere. *Super Exod.,* cap. xxviii.

38. Nec opus sacerdotis discrepet a verbo, nec verbum ab opere. *Ibid.*

39. Momentaneus sacerdos nescit humilitatem observare, et modos personarum, vel sese contemnere. In *Decret.,* part. 1, distinct. 43, can. *Prohibentur.*

40. Nihil tam onerosum in ordine sacerdotum, quam rigorem mentis compatiendo flectere, et cum personis supervenientibus animum mutare, et tamen hoc valde est necessarium. *Homil. 11 super Ezechiel.,* super illud *Rom. xii: Gaudere cum gaudentibus.*

41. Ille sacerdos Patri jure succedit, qui esse se omnipotentis Domini filium moribus demonstrat, atque a nobilitate intima, operum ignobilitate non discrepat. *Ibid.,* homil. 12.

42. Sacerdos non distat a populo, quando nullo merito vite suæ vulgi transcendit actionem. *Homil. 17 super Evang.*

CONCILIUM CARH. IV.

S. CYPRIAN.

S. DIONYS. AREOPAGIT.

S. KUSERTUS CESARIENSIS.

GLOSS. INT.

GRATIAND.

S. GREGOR. MAGNUS.

43. Ecce jam pene nulla est sacri actio, quam non sacerdotes administrant. *Ibid.*

44. Decet Dominicum sacerdotem moribus et vita clarescere, quatenus in eo tanquam in vitæ suæ speculo plebs commissa et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat. Lib. 7 in *Registro*, indict. 1, cap. 32, epist. 32, ad *Dominic. episc.*

45. Ecce mundus sacerdotibus plenus est; sed tamen in mense Dei rarus valde invenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus; sed opus officii non implemus. Homil. 47 super *Evang.*

46. Nullum puto fratres charissimi, ab aliis meius præjudicium, quam ad sacerdotibus tolerat Deus: quando eos quos aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit. *Ibid.*

47. Contumelia sacerdotum est, de divinis cultibus admoneri: quod enim ipsi debent exigere, turpiter exiguntur. Lib. 3 in *Registro*, ind. 42, cap. 5, epist. 5, ad *Bonifac. episc. Regium.*

48. Causa sunt ruinae sacerdotis mali; quis enim populi se peccatis interesset obicit, si sacerdos qui exorare debuerat, graviora committat? Lib. 9 in *Registro*, indict. 4, cap. 64, epist. 64, ad *Brunichildam reginam Francor.*

49. Major in sacerdotibus merces est, in veritatis tramite etiam post injurias firmiter permanere. *Ibid.*, lib. 2, ind. 44, cap. 44, epist. 2, ad *Paulum episc. Neapolitan.*

50. Nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. *Ibid.*, lib. 1, ind. 9, cap. 42, epist. 42, ad *Petrum subdiacon.*

S. GREGOR. NIZ.

S. DIEAON.

51. Sacerdotum philosophia est, philosophiaque sacrorum. Orat. 41, in *Favere S. Athanasii.*

52. Ignominia omnium sacerdotum est propriis studere divitiis. Epist. 2 ad *Neptolan.*

53. Sacerdotis Christi os, mens, manusque concordant. *Ibid.*

54. Violentos sacerdotes et Apostolus damnat, et vetus lex prohibet. *Ibid.*

55. Sunt qui presbyterium ambiunt, quibus cura est de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non sordet, crines calami strigis vestigio rotantur, digiti de ammalis radiant; et ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia: tales cum videris, sponso magis existimato, quam sacerdotis. Epist. 22, ad *Eustach.*

S. HILARIUS

56. Sanctiores aures plebis, quam corda malorum sunt sacerdotum. Lib. contra *Arianos et Auxent.*

HUGO A S. VICTORE.

57. Quid facturi, quid dicturi sunt quidam sacerdotes in die iudicii, qui ordinem sacerdotalem

suscceperunt, sed inordinate vivere non erubescunt? *De Orat. Dom.*, cap. 2, petit. 4.

58. Sunt quidam perversi sacerdotes, qui ea que offeruntur ad mensam Christi, offerunt in mensa diaboli, ipsa est alea; in illa Deum invocant, in ista perjurant, non enim orationi vacant, sed lusibus exultant; terrenis inhiant, terrena sapiunt; assidui in plateis, in ecclesia rari; tardi ad investigandam culpam peccatoris, parati ad inquirenda vestigia leporis; velociore ad congregandos canes, quam ad convocandos pauperes; libentius porrigunt panem cani, quam pauperi. Lib. 2 de *Claustro animæ*, cap. 23.

59. Perpende, sacerdos, quales oportet esse manus tantarum rerum ministras, et qualem linguam talia verba fundantem, aut quo genere ceteris non mundiorem et sanctiorem animam facilis spiritus receptricem? Lib. 3 de *Animæ*, cap. 50.

60. Sacerdos debet esse vita honestus, pollens sapientia. Lib. 4 de *Propriet. rerum*, cap. 47.

61. Sacerdotium summa est omnium honorum, que in hominibus constant: quod si quis inhonoraverit, Deum inhonorat, et Dominum Jesum Christum. Epist. 40, ad *Smyrnenes.*

62. Sunt sacerdotes, qui nocte Venerem amplexantur, mane vero Virginem venerantur. *Prose.*

63. Turpe dictu, sed turpissimum actu, dici licet quod agi non liceat: nocte filium Veneris agitant in cubilibus, mane vero filium Virginis offerunt in altariis. Lib. 2 de *Contemptu mundi*, cap. 22.

64. Sicut peccatum sacerdotis primum describitur, ita maximum iudicatur. *Prose.*

65. Cur laicus non adulteret, cum sacerdos fornicetur? cur non feneret, cum sacerdos feneretur?

66. Certe tot moribus iste dignus sacerdos, quot exempla perditionis transmittit in populum. Serm. 1 in *Consecrat. Pontif.*

67. Provideat diligenter et attendat sacerdos studiose, ut signum sine significato non ferat, ut vestem sine virtute non portet, ne forte similis sit sepulcro deforis dealbato, intus autem omni pleno spurcitia. *Prose.*

68. Quisquis autem sacris indumentis ornatur, et honestis moribus non induitur; quando venerabilior apparat hominibus, tanto indignior redditur apud Deum. Lib. *Myster. Missæ*, cap. 64.

69. Discretus sacerdos contra rebelles et obstinatos serperitatem exerceat, erga humiles et penitentes exhibeat pietatem. Serm. sub *Concil. Lateran.*

70. Avarus sacerdos non Deo servit, sed idolo. Serm. 2 in *Die ciner.*

71. Sacerdotes sunt sal, quoniam bona convar-

S. FENATIS MARTYR.

S. INNOC. III.

CHRYSOST.

satio sacerdotum conditura populi est. Homil. 40 super *Matth. Oper. imperf.*

72. Multi sunt sacerdotes, et pauci sacerdotes: multi nomine, pauci opere. *Ibid.*, homil. 43.

73. Propter honores sacerdotis, etiam malos honorate: ne propter malos, etiam honores contemnantis. *Ibid.*

74. Sacerdotes positi sunt ad ornamentum populi, et ad adificationem sanctitatis. *Ibid.*

75. Non arbitror inter sacerdotes, multos esse qui salvi fiant: sed multo plures, qui pereant. In causa est quoniam res excelsum requirit animum. Homil. 3 super *Acta Apost.*

76. Ubi modestia ac mansuetudo sacerdotis elucet, semper in honore est. Homil. 42, super 1 *Timot.*

77. Quasi communis quidam totius orbis pater sacerdos est: dignum igitur est, ut omnium curam agat omnibusque provideat, sicut et Deus, cuius ministerio servit, et fungitur vice. Homil. 6 super 1 *Tim.*

78. Si sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, omnium fides marcescit. Homil. 38 super *Matth. Oper. imperf.*

79. Si cor sapientie locus est, ita sacerdotis sunt receptacula sapientie spiritualis. *Ibid.*

80. Videle quomodo sedeatis super cathedram: quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos, sanctus est; sed omnis sanctus, sacerdos.

81. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa: qui male sederit, injuriam facit cathedrae: ideoque malus sacerdos, de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem.

82. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris, et bene doceris, omnium iudex es: si autem bene doceris, et male vixeris, tui solius condemnator es. Nam bene vivendo, et bene docendo populum instruis quomodo debeat vivere: bene autem docendo, et male vivendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare. *Ibid.*, homil. 43, super illud *xxiii: Super cathedram Moysi.*

83. Necessè est sacerdotem sic esse purum, ut si in ipsis oculis collocatis inter caelestes illas virtutes medius staret. Lib. 3 de *Sacerd.*

84. Luminis instar universum orbem illustrantis, sacerdotis animam splendescere oportet. *Ibid.*, lib. 6.

85. Non solum purum manducare sacerdotem esse oportet, ut qui tali ministerio dignus habitus sit: sed etiam in primis prudentem: atque adeo multarum rerum experientia instruc-

tum ornatumque, intantum ut secularia mundanaque omnia nihilominus noscat, quomodo norunt ii, qui in media hominum turba versantur. *Ibid.*

86. Quid miserabilis sacerdote indocto, qui etiam predicacionis non habet officium, ratione tamen suscepti orationis, ad scientiam obligatur scripturarum? Lib. 1, homil. 4, ad *Monachos.*

87. Torpissima est in sacerdote avaritia, quæ servum Dei ministrum facit idolorum. *De Instit. vite Sacerdot.*, cap. 1.

88. Sacerdoti viles auctoritas, si honestatem conversationis publicæ corrumpit iniquitas. *Ibid.*

89. Multi ad sacerdotium in Ecclesia Dei vocati sunt, pauci vero electi: summopere igitur curandum nobis est, ut qui in sortem Domini acciscimur, etiam eligamur. *Prose.*

90. Quid enim prodest hic sacerdotio brevissimo tempore fungi, si separari contingat a conspectu Dei? *Ibid.*, cap. 4.

91. Ubi in sacerdotibus cupiditas abundare conspiciatur, honor et cultus consuetus a laicis denegatur. Orat. 3 in *Conventu abbat. habitus.*

92. Mali sacerdotes dum Deo ignorante non fiant, tamen ignorantur a Deo: necire autem Dei, reprobatum est. Lib. 3 de *Summo bono*, cap. 34, sent. 6.

93. Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantur non erudiant, aut peccantes non arguant. *Ibid.*, cap. 46, sent. 1.

94. Tanquam propria delicta, plebis peccata sacerdos flere debet, sed affecto compatiendi, non accusatione commisi. *Ibid.*, sent. 7.

95. Sacerdoti pro opibus est virtutis ornamentum, pro voluptate castitas, pro luxu fragilitas, pro lætitia eorum quibus præest, ad virtutem incrementum. Lib. 3, epist. 354, ad *Paulum presbyt.*

96. Indignis quibusque sacerdotale fastidium credere, non est hoc consulere populis, sed nocere: nec præstare regimen, sed augere discrimen. Epist. 37, ad *Episc. African.*, cap. 4.

97. Sacerdotem facit intelligentia, et vita et morum integritas. *Paranes.* 9.

98. Manus mundissimas esse oportet sacerdotum, quæ mundissimam carnem et sanguinem Christi tractant. Epist. 117, ad *Vicarium suum.*

99. Oportet unamquemque sacerdotem istos tres viros esse: id est, prudentem, mundum, misericordem, et sic erit et vir et pastor. *Ibid.*, serm. 37.

100. Perurque quod veniale est plebi, criminale est sacerdoti: quod erroneum est ovi, peccatorum est pastori. *Ibid.*, serm. 39.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS PELUSIOT.

S. ISIDORUS PELUSIOT.

S. LEO I.

S. NILUS.

PETRUS BLESSENS.

101. Stans ad altare, esto vir : non habes secretum retustatis, nec pueritiam fatuitatis. *Ibid.*, serm. 43.

102. Vos estis sal terræ. Exiguo quippe sale multa dulcescunt, et parvo sacerdotum numero totius christianæ plebis eruditur et instituitur multitudo. Lib. 2, epist. 1 ad *Episcop. Cardinales*.

103. De sanctis sacerdos egreditur, cum neglectis animarum curis per desideria terrena vagatur. *Prose.*

104. De sanctis egreditur, cum ecclesiastica disciplina postposita transcursum causarum negotiis immoderatus implicatur. Opusc. 25, cap. 1.

S. PETRUS DAMIANUS

105. Sanctuarium polluitur, cum sacerdos qui libet per terrena desideria sparsus, causisque secularibus dissolutus, sacrosanctis altaribus audacter assistere non veretur. *Ibid.*

106. Qui Dominicum corpus pollutis tractare manibus non veretur, crucifigendum Jesum participes esse convincitur. Opusc. 26, cap. 2.

107. A nullo plane Deus omnipotens majoris injuria prejudicium tolerat, imo deterius nemo peccat, quam sacerdos, qui prohibentibus canonicis, indignè sacrificat ? *Ibid.*

108. Quisquis vel avaritiæ flamma, vel libidinis aestuat, qua fronte, qua conscientia divinis altaribus appropinquat ? *Ibid.*, cap. 3.

109. Nimis impossibile est, ut is, qui rerum familiarium curis opprimitur, qui colloquendo verbis quotidie popularibus admisceatur, mundo corde sanctis valeat interesse mysteriis. *Ibid.*

S. PROSPER.

110. Non afficient sacerdotes videri se esse quod sunt, non alienis laudibus, sed moribus suis eximii : nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vite nobilitate conspicui. Lib. 1 de *Vita contemplativa*, cap. 13.

S. SYNESTUS EPISCOPUS.

111. Contemplatio sacerdoti finis est, si non falso id nomen usurpet. Epist. 57, *advers. Andronic.*

S. THEODOR.

112. Sacerdotum vitia non sunt populo sperienda, ne ille causa offendendi arrepta, licenter peccare aggrediat. Lib. 1 *Eccles. histor.*, cap. 11.

S. THOMAS AQUINAS.

113. Debent esse quatuor conditiones in sacerdote : primo sanctitas, secundum innocentiam, tertio puritas, quarto honorum conversatio. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. vii, lect. 4.

THOMAS A REMUIS.

114. Sacerdos sacris vestibus indutus, Christi vices gerit : ut Deum pro se et pro omni populo suppliciter et humiliter roget. *Prose.*

115. Habet ante se et retro Dominicæ crucis signum, ad memorandam jugiter Christi passionem.

116. Ante crucem in casula portat, ut Christi vestigia diligenter inspicat, et sequi reverenter studeat.

117. Post se cruce signatus est, ut adversa quælibet ab aliis illata, clementer pro Deo toleret.

118. Ante se crucem gerit, ut propria peccata leget ; post se ut aliorum etiam commissa per compassionem deleat, et se in medium inter Deum et peccatorem constitutum esse sciat. Lib. 4 de *Init. Chr.*, cap. 5, sect. 3.

119. Ecce sacerdos factus es, et ad celebrandum consecratus ; vide nunc ut fideliter et devote in suo tempore Deo sacrificium offeras, et te ipsum irreprehensibilem exhibeas. Non alleviasti onus tuum, sed arctiori jam alligatus es vinculo disciplina, et ad majorem teneris perfectionem sanctitatis. *Ibid.* ; cap. 5, sect. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

120. Alia species curacionis est circa rem divinam, sicut sacerdotes, circa templa, ut conserventur quam sunt, et erigantur ruinosos ædificia, et cætera omnia, quæ pertinent ad divinum cultum. *Prose.*

121. Vocant eos, qui istis presunt, alii reges sacrorum, alii pontifices maximos. Lib. 6 *Polit.*, cap. 3.

122. Neque agricola, neque artifex est, neque vilium exercitorum quisquam sacerdos est deputandus. *Ibid.*, lib. 7, cap. 9.

123. Quod ad sacerdotum electionem spectat, ea Deo committenda est, ut quemadmodum ei placebit, ista sortium eventum numine suo moderetur. *Sisygia 4, lib. 9, de Lætybis.*

124. Sacerdotium ipsum tam priscum et religiosum, tam quoque sacrum plane et insigne est, quod non admittit viventium. Lib. 4, epist. 8, ad *Arrianaum*.

125. Sacerdos integer sit : apud gentes, sacerdos non integri corporis, erat mali nominis. Lib. 4 *Declamat.*, controvers. 2.

Vide etiam tit. *Cæstius*, sent. 18 ; *Confessio*, sent. 57 ; *Electio*, sent. 31 ; *Episcopus*, sent. 118 ; *Eucharistia*, sent. 93, 96, 242 ; *Gravitas*, sent. 36 ; *Imitatio*, sent. 32 ; *Læcus*, sent. 9 ; *Nomen*, sent. 20 ; *Nugæ*, sent. 56 ; *Officium divinum*, sent. 24 ; *Personarum acceptio*, sent. 38 ; *Populus*, sent. 11 ; *Rapina*, sent. 42 ; *Reverentia*, sent. 20 ; *Servitio Deo*, sent. 62 ; *Sobrietas*, sent. 10 ; *Supersubbia*, sent. 19 ; *Turpilopatum*, sent. 54, 65, 66.

SACERDOTIS DIGNITAS.

SENTENTIE PATRUM.

1. Huius honori omnis cedit angelorum honos, quin et supplex et succumbit, tremensque servire gestit, et hoc summo sibi ducit honori atque felicitati. Part. 4, serm. 3, de *Excellent. sacerdotii*, cap. 27, excellent. 2, sect. 4.

ARISTOTEL.

PLATO.

PLINIIUS II.

SENECA.

V. BEBA.

S. BERNARD.

B. ALANUS DE RUPE.

126. Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune convenit, cum studio atque usu, et moribus incondite multitudinis. *Prose.*

127. Sobriam a turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus, dignitas sibi vindicat sacerdotialis.

128. Quomodo enim potest in exemplum observari a populo, dispar a multitudine ? Lib. 1, epist. 6, ad *Ironaam*.

129. Non tanti est Ambrosius, ut propter se deiciat sacerdotium : non tanti est unius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum. Lib. 5, epist. 32, ad *Valentinianum imperatorem*.

130. Non mediocri virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum ne gravius flagitis sit affinis, sed minimis quidem ut sit promptus ad misericordiam, mansuetudinem teneat, pietatem diligit, iram repellat, vel decoquat. Lib. 40, epist. 82, ad *Vercellens. Eccles.*

131. Nihil in hoc sæculo excellentius, nihil sublimius sacerdotibus reperiri potest. *Prose.*

132. Itaque digne noscamus quid sumus, et quod sumus professione, actione potius quam nomine demonstramus, ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini ; ne sit nomen inane, et crimen immane : ne sit honor sublimis, et vita deformis : ne sit deifica professio, et diabolica actio ; ne sit religiosus amicus, et irreligiosus proventus ; ne sit gradus excelsus, et deformis excessus. *De Dignit. sacerdot.*, cap. 3.

133. Magnus honor, magna est potestas sacerdotum : sed si non vivunt caste, sed luxuriose, ne sacrelegium committant, Part. 2, tit. 5, cap. 8, § 2.

134. Altior professio virtutis, altiore debet ritum tenere vivendi. *De Templo Salomon.*, cap. 7.

135. Magnum prorsus et mirabile est, ministerium esse Christi, et mysteriorum Dei esse dispensatorem. *Serm. de Convers. ad Clericos*, cap. 30.

136. O præclara, o reverenda potestas vestra ? certe non est potestas post Deum, sicut potestas vestra, cui nihil in celo vel in terra valeat comparari, consecrare videlicet corpus et sanguinem Domini. *Prose.*

137. Super potestate vestra, super tam insigni spectaculo, super tam solemnè dignitate vestræ privilegio stupet cælum, miratur terra, contremiscit homo, reveretur plurimum angelica celsitudo. *Serm. 1 in Cena Domini*.

138. Hæc est vere indulgentia celestis, hæc est vere cummlata gratia, hæc est vere superexcellens gloria, sacerdotem Deum suum tenere, et aliis dando porrigere. *Prose.*

139. O novam et divinam potestatem ! cujus ministerio panis angelorum et vite, mortalibus quotidie preparatur ! *Ibid.*

140. Audite et obstupescentes admiramini : nullis angelorum, nullis spiritibus supernis, sed hominibus : nec tamen omnibus, sed ordini vestro, o Sacerdotes, tantum mandat esse tanti sacramenti celebrationem in altari, quod mirabilis est in omnibus, seipso certe mirabilior, quantum ad vos ostenditur, dum mirabiliora per vos operatur. *Prose.*

141. Quid plura ? sacerdotes Dei benedicite Domino, digna Deo satagentes, ne vobis fiat in ruinam, quod digne summentibus provisum est ad madelam.

142. Sacerdotes Dei non immerito vos dixerim, si vixeritis sacerdotaliter in domo Domini.

143. Non enim provenit dignitas in hoc nomine, quod est sacerdos : non, inquam, ex nomine, sed ex virtute : conversatione, non officio ; merito : non vocabulo : sanctitate, non ministerio. *Ibid.*

144. Grave pondus, grave est periculum istius honoris : gradus quippe iste, gradus casualis est, gradus judicialis est, nisi meritis illustretur dignitas inactionis, nobilitate morum, exercitatione virtutum, et instantia honorum operum. *Ibid.*

145. Recognoscant sacerdotes, quod a dominatore universe terre receperunt supremum dominium, et a diebus sæculi, non solum hominibus, imo angelicis spiritibus penitus inaudium. *Prose.*

146. Quia nec regibus, nec saceni hujus potestatis legitur attributum, ut illud conficiat quotidie consecratus in sacerdotem in altari, quod Dei Filius divinitatis virtute perfectus in cena paschali ; ubi fuit remunerans et munus, cibans et cibus, conviva et convivium, offerens et oblatum. Part. 2, de *Eccles. hierarch.*, cap. 4, de *Dominat.*

147. Dicuntur Christi sacerdotes Dominationes, non quia debent dominari in clero, ut super-

148. Quid plura ? sacerdotes Dei benedicite Domino, digna Deo satagentes, ne vobis fiat in ruinam, quod digne summentibus provisum est ad madelam.

149. Sacerdotes Dei non immerito vos dixerim, si vixeritis sacerdotaliter in domo Domini.

150. Non enim provenit dignitas in hoc nomine, quod est sacerdos : non, inquam, ex nomine, sed ex virtute : conversatione, non officio ; merito : non vocabulo : sanctitate, non ministerio. *Ibid.*

151. Grave pondus, grave est periculum istius honoris : gradus quippe iste, gradus casualis est, gradus judicialis est, nisi meritis illustretur dignitas inactionis, nobilitate morum, exercitatione virtutum, et instantia honorum operum. *Ibid.*

152. Recognoscant sacerdotes, quod a dominatore universe terre receperunt supremum dominium, et a diebus sæculi, non solum hominibus, imo angelicis spiritibus penitus inaudium. *Prose.*

153. Quia nec regibus, nec saceni hujus potestatis legitur attributum, ut illud conficiat quotidie consecratus in sacerdotem in altari, quod Dei Filius divinitatis virtute perfectus in cena paschali ; ubi fuit remunerans et munus, cibans et cibus, conviva et convivium, offerens et oblatum. Part. 2, de *Eccles. hierarch.*, cap. 4, de *Dominat.*

154. Dicuntur Christi sacerdotes Dominationes, non quia debent dominari in clero, ut super-

S. BONAV.

biant: sed ut formam gregi ex animo se ostendant, et ad angelorum conformitatem, verbo et exemplo promoveant subditos, et adduceant.

S. CYPRIAN.

26. Contemplamini quid sit populo sancto prodesse, considerate quale sit divinis sacramentis insistere. *De Singularitate clericorum*, cap. 24.

27. O miraculum stupendum! o potestas ineffabilis! o tremendum sacerdotii mysterium, spirituale ac sanctum, venerandum et irreprehensibile: quod Christus in hunc mundum veniens, etiam indignis imperitus est. *De Sacerdote*.

S. EPHREM.

28. Sacerdotium scutum est refulgens, et incomparabile, turris firma, murus indivisibilis, fundamentum solidum ac stabile, a terra ad axem usque pertingens. *De Sacerdote*.

29. Si quis ad dignitatem sacerdotii voluit dignus reperitus sit, in eaque sancto et irreprehensibiliter ambulavit, vitam et coronam inmarcescibilem sibi ipse conciliat. *Prose.*

30. Sed si indigne quis hanc ipsam sibi usurpare sit ausus, tenebras is sibi exteriores, iudiciumque absque misericordia consciscit. *Ibid.*

31. Magnus sane gradus est sacerdotium, si immaculatum peragatur. *De Timore Dei*.

S. FRANC. ASSISIENSIS.

32. Audite, fratres mei: si beata Virgo Maria honoratur, quia Jesum portavit in sanctissimo utero suo: si beatus Joannes Baptista contemnit, et non audebit tangere Domini verticem: si sepulcrum in quo per aliquod tempus jacuit, sic veneratur, quantum debet esse sanctus, et justus, et dignus, qui non moriturum, sed in aeternum victurum, et glorificatum, in quem desiderant angeli prospicere, contrectat manibus, corde et ore sumit et aliis ad sumendum praebet? *Prose.*

33. Videte dignitatem vestram, fratres sacerdotes, et estote sancti, quia ipse sanctus est, quem sumitis.

34. Magna miseria, et miseranda infirmitas, quando ipsum sic praesentem habetis, et aliquid aliud in toto mundo curatis. In suis *Opusculis*, epist. 12, ad *Sacerdot.*

35. Omni reverentia et honore prosequendi sunt Dei Sacerdotes: christianorum enim sunt patres spirituales, et hujus mundi spiritus et vita. *Prose.*

36. Ego si vidirem venientem per viam presbyterum, et angelum, ad sacerdotis manus deosculandas citius me conferrem, quam ad angelum. In suis *Opusculis*, oracul. 22.

S. GREGOR. MAGNUS.

37. Sicut sacerdos honore ordinis alios superat, ita etiam morum virtute transcendat. *Part. 2 Pastor.*, cap. 3; in *Regist.*, cap. 24, epist. 24.

38. Grave pondus est sacerdotii: prius quippe sacerdoti necesse est ut ceteris ad exemplum, ac deinde servandum, ut mentem pro ostensa exempla non elevet. *Lib. 2 in Registro*, indict. 10, cap. 39, epist. 39, ad *Dominicum episc. Carthaginiens.*

39. Cum sacerdotialis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita qui ea ornatus est, cunctis se imitandum debet ostendere; ut exemplo sui nulli nocere, sed vitam potius valeat componere subditorum. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 117, ad *Syngrum episc. Augustod.*

40. Sacerdotii prerogativam si recta consideratione pensemus, sollicitis, et bene gerentibus in honorem, negligentibus autem profecto erit in onus. *Ibid.*, lib. 4, indict. 43, cap. 59, epist. 45, ad *Joan. episc.*

41. Agnosce dignitatem tuam, et vim dignitatis exerceas, quia unctus es. *Prose.*

42. Videte te modicum, et communis conditionis hominem, ut pares tibi esse eos quibus eminens, recognoscas: ut sis humilis, et sublimis; sublimis ordine, humilis aestimatione. *Lib. 6 in I Reg.*, cap. 11.

S. GREGOR. NAZ.

43. Non magni ducere debemus, si plebem excellimus: sed pro detrimento habere, si dignitati nostrae non responderimus. In *Apolyet. de sua fuga*.

S. HIERON.

44. Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant: letetur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum: non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti morosis de sublimioribus corruisse. *Lib. 44, super Ezech.*, cap. 1111.

S. IGNATIUS MARTYR.

45. Sacerdotium summa est omnium honorum, quae in hominibus constant: quod si quis inhonoraverit, Deum inhonorat, et Dominum Jesum Christum. *Epist. 16, ad Smyrnenenses.*

S. INNOCENT.

46. Sacerdotes vices gerunt summi Pontificis, id est Christi: Dominum pro peccatis obsecrant, et peccatores per poenitentiam reconciliant. *Lib. 4 Myster. Missae*, cap. 9.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

47. Christi sacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus populi, pro quibus clamant, exaudiuntur. *Ibid.*

S. JOANNES CHRYSOST.

48. Ubi sacerdos contemptus est, dignitasque sacerdotii conculcata; ibi leges violantur, fas subvertitur. *Homil. 4 de Verbis Isaiae*.

49. Sacerdotis thronus in oculis collocatus est, ideo de caelestibus negotiis pronuntiantibus habet auctoritatem. *Ibid.*, homil. 5.

50. Sacerdotes Christi vicarii sunt Christi: qui honorat sacerdotem Christi, honorat Christum: et qui injuriat sacerdotem Christi, injuriat Christum.

tum. *Homil. 47 super Matth. Oper. imperf.* in illud: *Nolite sanctum dare canibus*

51. Omnium honorum magna et inter omnes maximum est gratia, sacerdotialis dignitas, si quis eam immaculatam custodiat. *Ibid.*, homil. 51.

52. Non debet presbyter se beatiorem putare diacono, eo ex quod presbyter est: non enim dignitas apud Deum honorabitur, sed voluntas. *Ibid.*, homil. 53.

53. Quanto fuerit celsior dignitas, tanto sacerdotii majora sunt pericula. *Homil. 1 super Epist. ad Tit.*

54. Sacerdotium regno tanto est excellentius, quanto spiritus et carnis intervallum esse potest. *Lib. 3 de Sacerdot.*

55. Quanto sacerdos honore, quanta dignitate dignus sit! Etenim qui terram incolunt atque in ea versantur, his commissum est, ut ea quae in oculis sunt, dispensent: iis datum est, ut potentiam habeant, quam Deus optimus neque angelis, neque archangelis datam esse voluit. *Ibid.*

JOAN. TRITH.

56. Attende sacerdotii dignitatem, excellentiam considera. O te felicem! si gradum condignis moribus vita exornet. *Prose.*

57. Magnum deus, maximum honor sacerdotum, sed malorum horrendum interitus. *Epist. 1, ad Novam presbyterum.*

58. Considera nunc, et diligentissima investigatione perquire; qualis sacerdotio conveniat vita, quam mundum et sanctum te oporteat esse, quam purum in mente, sapientem in sermone, strenuum in opere. *Prose.*

59. Altari astant, Dei Filium et Virginis immolaturus, quam devote, quamque reverenter te habere oporteat, sacrificii excellentia declarat. *Ibid.*

60. Qualem putas Christi sacerdotem esse debere? an communis et christianorum conversatio sufficit? Non sufficit: qui enim prior est ordine, sit etiam perfectior conversatio: gradus aliorum ornatum altiorum requirit, et qui alios praecellit dignitate honoris, concedens est, ut praecedat eosdem perfectione virtutis. *Ibid.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

61. Tam sanctum est sacerdotii nomen, ut nulla viliorum nota maculari se sinat. *Lib. 3 de Sum. bono*, cap. 34, sent. 2.

62. Qui regimen sacerdotii contemdit appetere, ante in se disculiat, si vita honori sit congrua; quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat; reatum quippe culpe geminat, qui cum culpa ad sacerdotale cultum aspirat. *Ibid.*, sent. 3.

S. ISID. FEL.

63. Sacerdos Domini omnipotens angelus est: angelus autem risum nescit, Deo cum meta

ae pavore ministrans. *Lib. 1, epist. 319, ad Dorotheum presbyterum.*

64. Sacerdos etiam inerti atque ignave vite maculis contaminatus sit, ipse quidem poenas luet: interim tamen angelus Domini omnipotens est. *Ibid.*, epist. 319, ad *Silvan.*

65. Sacerdos melius graviore vite suae rationes subibat, tantisque ad ipsius poenam atque cruciatum cumplis accedat, quantum prius in eum honor collatus est. *Prose.*

66. Nam qui ne sacerdotio quidem ornatus probitati studuit, ut gravis in eum animadvertatur, haud dubie promeretur. *Ibid.*, lib. 2, epist. 35, ad *Hermium comitem.*

67. Divina quaedam res est sacerdotium, ac rerum omnium praestantissima. *Ibid.*, epist. 52, ad *Theodos. episc.*

68. Qui sacerdotii corona redimimus est, terrarum rerum procurator veior est, quam qui purpuram gestat. *Ibid.*, epist. 200, ad *Hermogen. episc.*

69. Sacerdotii dignitas iis, qui non ut eo honore dignum est vivere insituerunt, supplicii et cruciatu accessio existit. *Ibid.*, lib. 3, epist. 275, ad *Martinian.*

70. Magna prorsus et admiranda sacerdotum est dignitas: maxima illis est collata potestas, sua namque prolatione eloquiorum caelestium, et ad eorum plene libitum corpus Christi de panis substantiatur materia: descendit de caelo in carne Verbum, et altaris verissime reperitur in mensa. *Prose.*

S. LAURENT. JUSTIN.

71. Hoc illis prerogatur ex gratia, quod nusquam datum est angelis: assistunt Deo, illum contrectant manibus, tribuunt populi, in seque suscipiunt.

72. Verum angelorum, sive adstantium, seu ministrantium, quoniam vice funguntur, potius angelicam quam humanam debent conversationem habere. *De Eucharist.*

73. Quid est cito manus imponere, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? *Epist. 87, ad Episc. African.*, cap. 1.

S. LEO I.

74. Perpende dignitatem tuam, quam sis pretiosus: nam angelis te fecit Deus praestantiorum. *Homil. 15.*

S. MACHAB. Aegypt. SEN.

75. Sacerdos non est, qui pro sacerdotis dignitate non vivit. In *Tractat. parnetico*.

S. NILUS.

76. Unum est sacerdotii nomen, sed non una, vel pro vite merito, vel pro animi virtutibus dignitas. *Homil. 6 in esp. viii Levitic.*

ORIGENES.

77. Sacerdos est coadjutor redemptoris, consiliarius Domini, dapifer mense Christi. *Serm. 47.*

PETR. BLES.

78. In exterioribus quoque clinet dignitas sacerdotis. *Ibid.*

PETR. CELL.

79. Dignus est dignitate sacerdotali, qui sua non inquinat vestimenta, qui secularia lenocinia postponit pro vera philosophia. Lib. 7, epist. 12.

80. Quid in Ecclesia sublimius, quid eminentius sacerdotio poterit inveniri? per quod videlicet mysterium Domini corporis et sanguinis probatur offerri. Opusc. 6, cap. 15.

PHILO. IUD.

81. Dei homines sacerdotes et prophetae sunt: quorum major est dignitas, quam ut se misceat humane reipublicae et mundi cives sint. *De Gigant.*

S. PROSPER.

82. Sacerdotes sunt post apostolos Ecclesiarum Christi fundatores, fideles populi duces, veritatis assertores, pravae doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles, vindicæ oppressorum, patres in fide regeneratorum, predicatorum caelestium, primi praehiantes invisibilem praeflorum, exempla honorum operum, documenta virtutum et forma fidei. *Prose.*

83. Ipsi sunt Ecclesiae decus, in quibus amplius fulget Ecclesia.

84. Ipsi columnae firmissimae, quibus in Christo fundatis, innititur omnis multitudo credentium.

85. Ipsi januae civitatis aeternae, per quas omnes qui credunt in Christum, ingrediuntur ad Christum.

86. Ipsi janitores, quibus claves date sunt regni caelorum.

SALVIANUS.

87. Ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus et officia singulorum. *Ibid.*

88. Sacerdotes tanto antestare ceteris oportet devotione, quanto antestant omnibus dignitate: nihil enim est turpius, quam excellentem culmine et despiciantem vilitate. Lib. 2, *ad Eccles. cathol.*

THOMAS

A. KEMPIS.

89. Cunctos qui sacri altaris suggestu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu. *Ibid.*

90. Grande mysterium, et magna dignitas sacerdotum, quibus datum est quod angelis non est concessum. Lib. 4, *de Imit. Chr.*, cap. 5.

S. THOMAS

A. VILLANOVA.

91. Oportet te tantum ceteros procedere virtute, quantum praecedis dignitate. Serm. 3, *Advent.*

De dignitate atque praestantia Sacerdotii, plura apud D. Joan. Chrys. reperies, qui libros sex de Sacerdotio conscripsit, lectu in hac materia dignissimos. Item homil. *de Verb. Isaiae*, ac homil. 14, in *II Cor*; moral. homil. 10, in *I ad Thessalon.*, ac homil. 3, in *Act. Apostol.* et *ad Hebr.* ultim. in illud: *Ipsi periclitantur*. Item super *Psal.* cxvii,

et cxxx. Vide etiam B. Ephraem, *de Sacerdotio*. Item D. Greg. Naz. pressurim in *Apologet.*, orat. 1, quae incipit: *Billiana translatione*. Item D. Ignat. mart., epist. *ad Smyrneses*. ac *ad Heron.* Item D. Cyprian., lib. 1, epist. 3, et lib. 3, epist. 9, Item D. Leon., epist. 87, *ad Episc. African.*

SACERDOTIS OFFICIUM.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Sacerdotis sit prodesse, si fieri potest, omnibus; obesse nemini. *Prose.*

2. Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem, solius Dei est. Lib. 3, *Offic.*, cap. 9.

3. Vide quid agas, sacerdos, ne febrienti manu corpus Christi attingas: prius cura, ut ministrare possis. *De Viduis.*

4. Ubi causa, et munus, et officium sacerdotis, est, praefortur Aaron sicut sacerdos. Lib. 1, epist. 3, *ad Simplicitian.*

5. Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere denuntiare. Lib. 1, epist. 29, *ad Theodos. imperat.*

6. Sacerdotes turbarum moderatores sunt: studiosi pacis, nisi cum ipsi moventur injuria Dei, aut Ecclesiae contumelia. *Ibid.*

7. Jus ligandi et solvendi, solis permissum sacerdotibus est. *Prose.*

8. Recte igitur Ecclesia vendicat, quae veros sacerdotes habet: haeresis vendicare non potest, quae sacerdotes Dei non habet.

9. Non vendicando autem ipsa de se pronuntiat quod cum sacerdotes non habeat, jus sibi vendicare non debeat sacerdotali.

10. Munus Spiritus sancti, est officium sacerdotis: jus autem Spiritus sancti in solvendis ligandisque criminibus est, quomodo igitur munus ejus vendicant, de ejus diffidunt jure et potestate? Lib. 1, *de Penit.*, cap. 2.

11. Ministerium sacerdotis est, fidelem esse ut possit eos, quorum est sacerdos, a peccatis liberare. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 2.

12. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quidquam facere quod possit Patrum regulis obviare; et quantumvis non teneatur scire omnes subtilitates juris, canones tamen communes obligantes, et ad suum officium spectantes, ignorare sine culpa non potest. Part. 3, tit. 13, *de Clericis*, cap. 3, § 4.

13. Sacerdotes ex officio suscepto, non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverint assecutos. *Ibid.*

14. Nihil in hac vita difficilius, laboriosius, periculosius presbyteri officio: sed apud Deum ni-

S. AMERUS.

S. NEWWARD.

S. DIONYS.

ARROPAGT.

GLOSS. INT.

GRATIAN.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. ANTOINUS.

S. AGOSTINUS.

hil beatus, si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet. Epist. 148, *ad Valerium*.

15. Officium sacerdotii est, intervenire pro reis. Epist. *ad Macedoniam*.

16. Sacerdotium Judaeorum, nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi et veri principis sacerdotum. Lib. 2, *Quaest. evang.*, quaest. 10.

17. Quadrupertium est officium sacerdotale, vivam carnem hostiam immolare; virtutum clarissimam Deo offerre; cum fervore martyrii caelum intrare; gratiae et precum vota caelo transfundere. In suis *Sententiis*, verbo *Quadrupertium*.

18. Sacerdotes sunt Dei interpretes. Epist. 8, *ad Demophilum monach.*

19. Sacerdotum est opera sua sanctificatione speciali praeceteris digna facere, et instanter agere, ut qui sibi junguntur, nomen Domini in se bene vivendo sanctificent. Super *II Esdr.*, cap. iii.

20. Elaborandum est sacerdotibus, ut ignorantiam a se quasi quamdam pestem abjiciant. In *Decret.*, part. 1, dist. 37, can. *Ideo*, § *Uti itaque*.

21. Officii sacerdotalis est, viduis desolatis impartiri solatia, ut unde in hoc mundo humana consolatione privantur, sacerdotali tuitione possint remedia reperire. Lib. 1, in *Registro*, indict. 7, cap. 13, epist. 13, *ad Dominic. episc. Centumcellens.*

22. Redemptor noster a sacerdotis officio non quaerit aurum, sed animas. *Ibid.*, lib. 5, indict. 14, cap. 128, epist. 28.

23. Decet Dominicum sacerdotem moribus et vita clarescere, quatenus in eo, tanquam in vitae suae speculo, plebs commissa, et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat. *Ibid.*, lib. 7, indict. 1, cap. 32.

24. Durum est, et proculdubio a sacerdotis officio alienum, et personam positam sub necessitate negligere et studio congregandi indecenter inhiare pecuniis. *Ibid.*, lib. 4, indict. 13, epist. 27.

25. Ecce mundus sacerdotibus plenus est: sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus. Homil. 17, super *Evang.*

26. Verecundum est, et dicere pudeat quia sacerdotis sibi ducatum arripunt, qui exordium religiose militiae non viderunt. Lib. 4, in *Registro*, indict. 14, cap. 97, epist. 53, *ad Childebert. regem Francorum*.

27. Considera sacerdotum esse officii, de lege interroganti respondere: si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem, ipse se arguit non

esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est, scire legem, et ad interrogationem respondere de lege. Super illud: *Interroga sacerdotes legem*.

28. Qui sacerdos est, et non corrigit delinquentem, sacerdotis officium praerit. Super *Malach.*, cap. ii, super illud: *Et multos auerit ab iniquitate*.

29. Sacerdotes debent esse excelsi vita, et scientia praecinentes. Super *Gen.*, cap. xii.

30. Sacerdotis est increpare de praeteritis, arguere de praesentibus, obsecrare pro futuris cavendis. In *Prologo super Hierem.*

31. Sacerdos debet totum se offerre Deo per devotionem orationis, et per macerationem carnis. Super *Ezechiel.*, cap. i.

32. Officium sacerdotum est in duobus, scilicet in justitia et pace faciendi; ut juste se habeant corripiendo populum, et pacem eis obtineant ad Deum orando. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 7.

33. Duo sunt maxime necessaria sacerdoti, splendor vitae, splendorque scientiae: ut videlicet tam exemplo, quam documento respiciant. Serm. *de Sancto Silvestro*.

34. Sacerdotis est tantum arguere, liberamque praestare admonitionem, non movere arma, non clypeos usurpare, non vibrare lanceam, sed arguere. Homil. 4, *de Verbis Isaiae*.

35. Quasi communis quidam totius orbis pater sacerdos est: dignum igitur est, ut omnium curam agat omnibusque provident, sicut et Deus, cujus ministerio servit et fungitur vice. Homil. 6, super *I Tim.*

36. Sicut iniqui et peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. *Prose.*

37. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt, isti vero sua ignavia iniquos corrigere nesciunt; quomodo docere poterunt, quod ipsi non didicerunt? Lib. 3, *de Summo bono*, cap. 35, sent. 1.

38. Sacerdos si digne agit, ut sacerdotem decet, ministerium ejus et sibi et aliis utile est: indigne autem vivens, aliis quidem utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo. *Prose.*

39. Ac per hoc quod in illo mortuum est, proprium ejus est: quod vero vivit in eo, scilicet sacrum ministerium, alienum est. *Ibid.*

40. Sciat se amississe nomen et officium sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Epist. *ad Heliodorum episc.*

41. Sacerdos frequentatur in ecclesia, ut justis gratiam, peccantibus veniam, debilibus robur, laetiam moestis, diligentibus exultationem, mutuantibus spem, credentibus pacem, victoriam

HUGGARD.

S. INNOC. III.

S. JOHANNES

CHRYSOST.

S. ISIDORUS

HISPALENSIS.

S. LAURENTIUS

JUSTINUS.

certantibus, captivis libertatem, atque defunctis, conferat requiem. *De Eucharistia.*

42. Quanta cum veneratione in altare debet stare sacerdos, cui consecrandi hostias, offerendi incensum, atque intercedendi pro populo est impensa auctoritas? mediationis enim gerit officium. *Ibid.*

43. Accedit sacerdos ad altaris tribunal ut Christus, assistat ut angelus, ministret ut sanctus, populorum offerat vota ut pontifex, interpellat pro pace ut mediator, pro se autem exoret ut homo. *Ibid.*

S. LEO I.

44. Multum sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sua servatur auctoritas. Epist. 63, ad Theodoret. episc. Cyri.

45. Vires Ecclesiae discipline ignaros, in sacerdotale ministerium delegatos atque promotos esse, canonice est regula contrarium. Epist. 88.

ORIGENES.

46. Debent ipsi Ecclesiae sacerdotes ita perfecti esse, et in officiis semper sacerdotibus eruditi, ut peccata populi in loco sancto, ipsi non peccando non consumant. Homil. 5, in cap. vii Levitici, super illud: Sacerdos qui obtulerit.

PETA. BLESI.

47. Sacerdos necesse est, ut sit minister fidelis, fidelior, fidelissimus: fidelis in cenaculo, fidelior in auditorio, fidelissimus in cubiculo: in cenaculo, ut sobrie eradiat; in auditorio, ut iuste definiat; in cubiculo, ut pie intercedat: eradiat, quia seminverbius; definiat, quia praelatus; intercedat, quia advocatus; seminverbius in cathedra; praelatus in curia; advocatus in missa. Serm. 43.

48. Sacerdos est pastor, iudex, intercessor: pastor in Ecclesia; iudex in cathedra; intercessor in missa: pastor, ut sane eradiat; iudex, ut iuste definiat; intercessor, ut pie interveniat. Serm. 49.

49. Sit sacerdos verax in animo, dico et facio: sicut enim vere dicitur: Verba sacerdotis aut vera, aut sacrilegia sunt: ita non minus vere: dicta et facta sacerdotis aut vera sunt, aut sacrilega. Serm. 48.

S. PETRUS DAMIANUS.

50. Sancti sacerdotis est, et quae saneta sunt cogitare, et quae mente conceperit, etiam in operibus evidenter exprimeret: alioquin quid prodest bonum cogitare, nisi soleriter invigilet, hoc ipsum et in operatione perficere? *Prose.*

51. Elaborandum est ergo sacerdoti, ut et caput illius consecratur sit per pie voluntatis intuitum, et manus eius spiritualis olei sint charismata delibuta per evidens sanctae operationis indicium. Opusc. 25, cap. 1.

52. Sacerdotes qui Dei legitima nesciunt, leonum dentibus exponunt: quia nimirum illos malignorum spirituum rabies devorat, qui sacri-

ficiorum cultui temerariis ausibus insistentes, qualiter Deus rite colatur ignorant: sicut funguntur officio sacerdotum, ut sacerdotalis officii nesciant sacramentum. Opusc. 25, in praefat.

53. Hic iure vero fungitur sacerdoti, qui regulis non obviat. Patrum, qui paternum non violat institutum. *Ibid.*, cap. 3.

54. Sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet: si quod predicat fieri debere, non faciat: aut quod non facit praedicare praesumpserit. *Prose.*

55. Quia ad hoc est Ecclesiae Dei praepositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo suae conversationis instituat, sed etiam fideliter praedicando singulis ante oculos peccata sua constituat. Lib. de Vita contempl., cap. 20.

56. Sacerdotes quidquid ad officium suum pertinet constanter exerceant. Consolescunt afflicti, pascant egros, vestiant nudos, redimant captivos, suscipiant peregrinos, erantibus viam salutis ostendant, desperatis spem vanis consequenda promittant, currentes impellant, remorantes accendant. *Prose.*

57. Quis sic erit alienus a fide, ut dubitet tales sacerdotes contemplative virtutis esse participes? quorum exemplo simul et verbo, plures fiunt regnorum caelestium coheredes.

58. Isti sunt ministri verbi, adjuvatores Dei, oraculum Spiritus sancti: per tales Deus placatur populo, populus instruitur Deo. *Ibid.*, cap. 25.

59. Ipsi sacerdotibus proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est: qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis omnium, velut pro suis infatigabiliter supplicent Deum. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.

60. In sacerdotali officio absque peccato in saeculo manere, difficilissimum est quam manere absque peccato in solitudine monachorum. *De Perf. vite spirit.*, cap. 20.

61. Nihil est periculosius et laboriosius officio sacerdotis, et nihil est Deo acceptabilius si bene exerceatur. *Ibid.*

62. O! quam magnum et honorabile est officium sacerdotum, quibus datum est Dominum majestatis verbis sacris consecrare, labiis benedicere, manibus tenere, ore proprio sumere, et ceteris ministrare! *Prose.*

63. O! quam munda debent esse manus illae, quam purum os, quam sanctum corpus, quam immaculatum cor sacerdotis, ad quem toties ingreditur auctor puritatis!

64. Ex ore sacerdotis, nihil nisi sanctum, nihil nisi honestum: et utile procedere debet verbum, qui tam saepe Christi accepit sacramentum. Lib. 4, de Vita Chr., cap. 11, sect. 6.

65. Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus, et aliis bonae vitae exemplum praeberet, ejusque conversatio non cum popularibus et communibus hominum visis, sed cum angelis in caelo, aut cum perfectis viris in terra. *Ibid.*, cap. 5, sect. 1.

SACRAMENTUM.

HUGO CARD. *Etymologia.* Sacramentum, id est, sacrum secretum. Super Epist. ad Rom., cap. 1.

CATECHISM. ROMANUS. *Definitio.* Sacramentum est invisibilis gratiae signum visibile ad nostram sanctificationem divinitus institutum.

SACRAMENTUM est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione aliquam gratiam invisibilem conferens. Lib. 6 *Compendii theol. veritatis*, cap. 2.

SACRAMENTUM est corporale, vel materiale elementum foris sensibiliter propositum, ex similitudine representans, et ex institutione significans, et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritalem gratiam. *De Sacram.*, lib. 1 part. 9, cap. 2.

SACRAMENTUM est illud, in quo sub tegumento visibilium rerum divina virtus secretis operatur. Part. 1 de Costo canonico, cap. 13.

SACRAMENTUM est signum rememorativum passionis Christi, et divinae gratiae demonstrativum, ac futurae gloriae prognosticum. Part. 3 *Summa*, quaest. 60, art. 3.

Divisio. Septem sunt sacramenta: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Unctio, Ordo, Matrimonium.

Tria sacramenta fuerunt sub lege naturali: decima, oblationes, sacrificia: decima in portionibus, oblationes in rebus, sacrificia in animalibus. *De Sacram.*, part. 12, cap. 4.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Aurum sacramenta non querunt, neque auro placeant, quae auro non emuntur: ornatius sacramentorum, redemptio captivorum est. *Prose.*

2. Tunc vas Dominicæ sanguinis agnosco, cum in utroque video redemptionem: ut calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redemit. Lib. 2 *Offic.*, cap. 28.

3. Eos, qui adversus divina sacramenta contendunt, decipere sua consuevit astutia. Lib. 2 *Spiritu sancto ad Gratianum.*

4. Quisquis Dominicis non interest sacramentis, necessario apud Deum castrorum desertor est divinum. *Prose.*

5. Nam quomodo se excensare potest, qui die sacramentorum prandium domi sibi preparatum, prandium caeleste contemnit: et ventrem suum

faciens, anime suae negligit medicinam? Serm. 1, de grano sinapis.

6. Diviniora et puriora sacramenta sunt christianorum, quam Judaeorum, Lib. 1 de Sacram., cap. 4.

7. Heu quam dolendum! certe gentiles suis sacris falsisque exhibebant multo majorem reverentiam, quam fideles exhibent veris sacramentis. Part. 2, tit. 1, cap. 21, § 5.

8. Ab ipsa Dei sapientia homine assumpto, a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem christianam populi, hoc est, sub uno Deo liberæ multitudinis continent. *De Vera relig.*, cap. 17.

9. Sicut sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, et sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est, ita sacramentum fidei, fides est. Epist. 23, ad Bonifac.

10. Spiritus ille sanctus, qui habitavit in sanctis, agit quod agit, etiam per servitum aliquando non solum simpliciter ignorantium, verum etiam damnabiliter indignorum. *Ibid.*

11. Si perfectorum atque adulatores res sacra agatur, nihil apud Deum miserius, et tristius, et damnabilius. Epist. 143, ad Valerianum.

12. In nullum nomen religionis seu verum, seu falsum ocellulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum visibilibus consortio colliguntur. Lib. 19, contra Faustum, cap. 11.

13. Sacramenta veteris legis ablata sunt, etideo ablata, quia impleta; et alia sunt instituta virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. *Ibid.*, cap. 13.

14. Haec omnia scilicet sacramenta, sunt et transeunt, virtus tamen, quae per ista operatur, jugiter manet, et domum spiritalem, quod per ista insinuat, aeternum est. *Ibid.*

15. Non minus haerent sacramenta christiana, quam corporalis nota militum. Lib. 2 contra Epist. Parmenianum, cap. 13.

16. Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel ornatio non sint, vel minus sancta sint: sed ipsi malis hominibus, ut haec habeant ad testimonium damnationis, non ad adiutorium salutis. Lib. 2 contra Litt. Petilianum, cap. 47.

17. Sicut in sacramentis Veteris Testamenti vivebant quidam spirituales: sic et nunc in sacramentis Novi Testamenti, quod jam revelatum est, plerique vivunt animales. Lib. 2 de Baptismo, cap. 15.

18. Omnia Sacramenta cum obest indigno fractantibus, prosunt tamen per eos digne sumuntur. Lib. 2 contra Epist. Parmenianum, cap. 10.

19. Daus adest sacramentis et verbis suis per qualeslibet administrantur, et sacramenta Dei

ubique recta stant, et mali homines, quibus nihil prosunt, ubique perversi sunt. Lib. 5 de *Baptismo*, cap. 19.

20. Percussum est latus Christi in cruce pendens de lancea, et profluxerunt Ecclesie sacramenta. Super *Psal.* lvi, vers. 5.

21. Sacramenta Novi Testamenti dant salutem, sacramenta Veteris Testamenti promiserunt Salvatorem: mutata sunt sacramenta, facta sunt faciliora, pauciora, salubriora, faciliora. Super *Psal.* lxxiii, in Prefat.

22. Sancta possunt obesse. In bonis enim sancta ad salutem prosunt, in malis insunt ad iudicium. Tract. 6 super *Evang. Joan.*, cap. 1.

23. Sacramentum divinis fides plusquam verborum argumentatio adhibenda est. Lib. 2 de *Visit. infirm.*, cap. 2.

24. Nec foris, nec intus quisquam, qui ex patre diabolo est, potest in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 1, canon. *Nec*.

25. Neque in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat, neque in homine malo. *Ibid.*, can. *Neque*.

26. Varietas signorum, cum ad res divinas pertinent, sacramenta appellantur. Epist. 5.

27. Si Sacramenta quamdam similitudinem eorum rerum quarum sacramenta sunt non haberent, omnino sacramenta non essent. Epist. 2 ad *Bonifac.*

28. Non sacramenta christiana faciunt hereticum, sed prava dissensio. Epist. 48.

29. Sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione praestantissimis, societatem novi populi Christus colligavit. Epist. 118, cap. 4.

30. Communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, sed consensione factorum. Epist. 152.

31. Cæditur mater Ecclesia in sacramentis, quibus genuit et nutritivum ingratum. Epist. 168.

32. Si a persecutoribus vestis non concessa est pendens in cruce, cur a christianis destruitur sacramentum sedentes in celo? Epist. 203.

33. Sacramenta sigascula rerum divinarum sunt visibilia, sed res invisibiles in eis honorantur. De *Catech. rud.*, cap. 26.

34. Opera legis partim in sacramentis, partim vero in moribus accipiuntur. In *Expos. Epist. ad Galat.*, cap. iii.

35. Sacramentis divina virtus assistit, sive ad salutem bene utentium, sive ad perniciem male utentium. Lib. 3 de *Baptismo contra Donat.*, cap. 10.

36. Fieri potest ut homo integrum habeat sa-

cramentum, et perversam fidem. *Ibid.*, cap. 14.

37. Sanctitas sacramenti nec ab immundis potest. *Ibid.*, lib. 4, cap. 13.

38. Per peccatorem sacramenta possunt celebrari. *Ibid.*, lib. 5, cap. 20.

39. Gratia sacramentum dat Deus per malos, ipsam vero gratiam non nisi per seipsum, vel per sanctos suos. *Ibid.*, cap. 21.

40. Cum malus tradit bono sacramentum; inter bonum sacramentum quod traditur, et bonum fidelem cui traditur, tradentis malitia non separat. *Ibid.*, lib. 7, cap. 4.

41. Salus propria est bonis, sacramenta vero communia et bonis et malis. *Ibid.*, lib. 7, cap. 33.

42. Sicut bonam legem potuit habere reprobis populus Judeorum, sic bonum Sacramentum potest habere reproba societas hereticorum. Lib. contra *Crescon.*, cap. 34.

43. Sacramenta quibus mali uti possunt, quanto sanctiora sunt, tanto ab eis inutilius pomalissime tractantur. *Ibid.*, lib. 2, cap. 4.

44. Christiana in hereticis sacramenta cognosco. *Ibid.*, cap. 10.

45. Sacramentum male utentem iudicat, bene accipientem sanctificat. *Ibid.*, cap. 28.

46. Inter fidelem perfidumque discernimus humana merita, non sacramenta divina. *Ibid.*, lib. 3, cap. 7.

47. Præstat in usu sacramentorum bonum habere ministrum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 20.

48. Quantaunque sciamus sacramenta, nullus novit Dei omnia sacramenta, In serm. de *Gestis cum Emerito*.

49. Absit ut prædestinatus ad vitam, sine sacramento Mediatoris finire permittatur hanc vitam. Lib. 5 contra *Julian.*, cap. 4.

50. Hæretici sacramenta tenent ad speciem, non ad salutem. Lib. 3 de *Baptismo contra Donat.*, cap. 19.

51. Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Tract. 80 super *Joan.*

52. Spiritualis virtus sacramenti est ut lux, et ab illuminandis pura excipitur: et si per immundos transeat, non inquinatur. *Ibid.*, tract. 52.

53. Aliud est res sacramenti, aliud virtus sacramenti. *Ibid.*, tract. 26.

54. Sacramenta vetera et nova, in signis diversasunt: sed in re quo significatur, paria sunt. *Ibid.*

55. Unctio spiritalis Spiritus sanctus est, cujus sacramentum est in unctione visibili. Tract. 3 super *Epist. Joan.*

56. Habere sacramenta omnia et malus potest. *Ibid.*, tract. 7.

57. Sacramentum sine re sacramenti sumentis

S. BERNARD.

mois est: res vero sacramenti etiam præter sacramentum, sumentis vita æterna est. De *Vita sola*.

S. BONAV. 58. Contra peccati vulnus sacramentorum media Deus instituit. Super lib. 4 *Sent.*, dist. 2, art. 4, quæst. 3.

59. Ex quo homo ægrotare cepit, Deus reparando in sacramentis suis medicinam præparavit. *Ibid.*, dist. 4, art. 1, quæst. 5.

60. Sacramenta dicuntur gratiæ vasa, et causa. In *Breviloquio*, part. 6, cap. 1.

61. In lege nova statuta sunt sacramenta, numero pauciora, quam in lege scripta, utilitate tamen potiora, virtute efficaciora, et præeminentia digniora. *Ibid.*, cap. 2.

62. Sacramenta a peccato mundant, in bono conservant, corpori Christi mystico incorporant, animam iustificat, ad futuram vitam præparant, erudiendo illuminant, a malo præservant. Lib. 6 *Comp. Theolog. verit.*, cap. 4.

63. Primi temporis sacramenta fuerunt sicut umbra, medii temporis sicut imago sive figura, postremi vero temporis, scilicet gratiæ, sicut corpus, quod intra se veritatem continet et gratiam. *Ibid.*, cap. 8.

S. CYELLUS HIEROSOL. 64. Non dat Deus sancta canibus, sed ubi hominum videt propositum, illic salutare sigillum et admirandum imprimi. *Cateches.*

S. RELIGIUS. 65. Metuenda sunt quidem sacramenta, quia sacramentorum tam magnifica mysteria ab indignis tractantur: desideranda vero, quia in his tutissimum nostre salutis speramus habere suffragium. Homil. 8.

GLOSS. ORD. 66. Sacramentum Dei velut thesaurus fidelibus erogatur, perfidis absconditur. Super illud II *Cor. iv: Habemus thesaurum.*

67. Dum sacramenta violantur, ipse, cujus est sacramentum, violatur. Super *Malach.*, cap. 1.

S. GREGORIUS MAGNUS. 68. Foris sacramenta percipiuntur, sed intus sancti Spiritus gratia repleamur. Lib. 6 in I *Regum*, cap. 3, super illud xvi: *Et directus est Spiritus Domini.*

69. Virtus sacramenti gratia est Spiritus septiformis. Lib. 4 in I *Reg.*, cap. 4, super illud x: *Et ostendam tibi que facies.*

70. Unctio sacramentum est: is qui promovetur, bene foris ungitur, si intus virtute sacramenti roboretur. *Ibid.*, cap. 5.

71. Virtus sacramenti gratia est Spiritus septiformis, quam gratiam qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur. *Ibid.*, cap. 5, super illud: *Inmutavit et Deus cor.*

72. Sacramenta ab Ecclesiis doctoribus foris accipiuntur, sed sacramentorum virtute ab omnipotente Deo interiorisque roborantur. *Ibid.*

Tom. IV.

73. Abominabile est, que pura sunt, impura manu contingere. Super *Ecclesiasten*, cap. vii.

74. Res macule omnis expertes impura manu contractare, nefarium, et execrabile est. Super *Eccl.*, cap. 7.

75. Oleum in sacramentis illuminat, ungit, et pascit: illuminat animam fide, ungit devotione, pascit dilectione. Lib. 3 de *Animâ*, cap. 50.

76. Tria simul sunt: fides, sacramentum, opus: in fide christiano fortitudo tribuitur; in sacramentis, arma; in operibus bonis, tela contra diabolum pugnatur. Lib. 1 de *Sacrament.*, part. 9, cap. 8.

77. Sacramenta Christi non solum arma, sed et medicamenta sunt: medicamenta, quia sanant infirmos: arma, quæ protegent sanos. In *Dialogo de sacram. Legis naturalis et scriptæ.*

78. Tria sunt in sacramento: representatio ex similitudine, significatio ex institutione, virtus ex sanctificatione. Ipsa similitudo ex creatione est; ipsa institutio ex dispensatione; ipsa sanctificatio ex benedictione: prima indita per Creatorem; secunda adjuncta per Salvatorem; tertia ministrata per dispensatorem. Lib. 1 de *Sacrament.*, part. 9, cap. 2.

79. Triplici ex causa sacramenta instituta esse noscuntur: propter laudationem, propter eruditionem, propter exercitationem. Propter humilitationem, ut dum homo rationalis creatura insensibilibus elementis, ex præcepto Creatoris sui subijcitur; ex hac ipsa sua humiliatione Creatori suo reconciliari mereatur. Propter eruditionem, ut per id quod foris in sacramento, in specie visibili cernitur, ad invisibilem virtutem, que intus in re sacramenti constat agnoscendam, mens humana crudatur. Propter exercitationem, ut dum mens humana per varias operum species foris exercitata colitur, ad multiplicem virtutis fructum interioris fecundetur. *Ibid.*, cap. 3 per totum.

80. Sacramenta ecclesiastica, pigmenta vocantur, quia redolent: suavitatis dona, quia suavia sunt; dona Spiritus sancti, quia illis sanatur anima. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxxviii.

81. In Sacramentis, que a Deo data sunt, sacerdos nihil quidquam efficere potest, sed Pater, et Filius et Spiritus sanctus omnia facit: sacerdos et linguam tantum, et manus præbet. Homil. 85. super *Joan.*

82. Si hominibus caninos vel porcinos mores habentibus Sanctum dederis, nec Sanctum illos sanctificat: sed e contra ipsi Sanctum conquinant. Homil. 17 super *Matth. Oper. imperf.*

83. Magna in sacramentis est eminentia, quorum fide intelligentia potius expedienda est, quam

HUGO A. S. VICTORIS.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

PETRUS BLESSENS.

ad inventionem humanae Epist. 140, ad Petram clericum.

84. Qui a non habentibus, sacramenti gratiam suscipiunt, vana sacramenti specie deluduntur. Opusc. 6, cap. 29.

85. Sacramenta visibilia, sunt alligamenta peccatorum, per quae Deus peccata curare solet. Super *Psalm. xlvj*, vers. 3.

86. Cum virtus sacramenti sit a solo Deo, solus ille sacramentorum institutor est. Part. 3, quaest. 64, art. 2.

87. Omnia sacramenta sunt quaedam fidei protestationes. *Ibid.*, quaest. 72, art. 5.

88. Omne sacramentum est vel ad purgandum, vel ad illuminandum, vel ad periclitandum. In *Supplem.*, part. 3, quaest. 29, art. 4, argum. 3.

Vide etiam. tit. *Simonia*, sent. 8, 17, 18, 20, 21, 22.

SACRIFICIUM.

DEFINITIO. Sacrificium est oblatio externa rei sensibilis per realem illius mutationem, a legitimo ministro facta Deo, in testimonium supremi dominii ipsius et nostrae subjectionis.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Demones sibi tanquam diis sacrificari volunt. Lib. 19 de *Civitate Dei*, cap. 24.

2. Angeli nolunt nos sibi sacrificare, sed ei, cuius et ipsi nobiscum sacrificium se esse noveant. *Ibid.*, lib. 10, cap. 7.

3. De maligna demonum potestate nos liberat singulare sacrificium sancti sanguinis fusi, et donum spiritus impartiti. *Ibid.*, lib. 4, cap. 31.

4. Quaeque adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacrificia mortuorum tanquam deorum: non inquam, ista esse sacrificia martyrum novit, qui novit unum quod Deo illis offertur sacrificium christianorum. *Ibid.*, lib. 8, cap. 27.

5. Sacrificium certe, nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi Deo soli. *Ibid.*, lib. 10, cap. 4.

6. Sacrificium visibile, invisibilis sacrificii sacramentum signum est. *Ibid.*, lib. 10, cap. 5.

7. Non vult Deus sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis. *Ibid.*

8. Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inhereremus Deo. *Ibid.*, lib. 10, cap. 6.

9. Ipsa misericordia, qua homini subvenitur, si propter Deum non sit, non est sacrificium. *Ibid.*

10. Etsi ab homine fit vel offertur sacrificium, tamen sacrificium res divina est. *Ibid.*

11. Ipse homo Dei nomini consecratus, et Deo devotus, in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, sacrificium est. *Prose.*

12. Corpus etiam nostrum, cum per temperantiam castigamus propter Deum sacrificium est. *Ibid.*

13. Visibilia sacrificia sunt signa sacrificiorum invisibilium, sicut verba sonantia signa sunt rerum. *Ibid.*

14. Recte offertur sacrificium, cum offertur Deo vero, cui uni tantummodo sacrificandum est. *Ibid.*, lib. 15, cap. 7.

15. In Melchisedech primum apparuit sacrificium, quod nunc a christianis offertur Deo toto orbe terrarum. *Ibid.*, lib. 16, cap. 22.

16. Sacrificium corporis et sanguinis Christi, successit omnibus illis sacrificiis Veteris Testamenti, quae immolabantur in umbra futuri. *Ibid.*, lib. 17, cap. 20.

17. Terrena civitas fecit sibi quos voluit falsos deos, quibus sacrificando servit: celestis autem falsos deos non facit, sed a vero Deo ipsa fit, cuius verum sacrificium ipsa sit. *Ibid.*, lib. 18, cap. 54.

18. Non erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus: sed uni Deo, et martyrum et nostro sacrificium immolamus. *Ibid.*, lib. 22, cap. 10.

19. Non uno modo sacrificatur transgressori- bus angelis. Lib. 4 *Conf.*, cap. 17.

20. Sacrificari pro me nollem demonibus, quibus me sacrificabam. *Ibid.*, lib. 4, cap. 2.

21. Accipe sacrificium confessionum mearum de manu linguae meae. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

22. Ubi putas sacrificium iustitiae sacrificari, nisi in templo mentis et in cubilibus cordis? De *Magistro*, cap. 1.

23. Sacrificia lacrymas tanquam vulnerati sanguinem cordis. Epist. 199.

24. Antiquorum sacrificiorum non egebat Deus, nec cuiusquam eget unquam. Epist. 5.

25. Sacrificia non Deo, sed nobis utilia sunt. *Ibid.*

26. Est res antiqua sacrificium, quod non nisi uni Deo vero offerri oportere, veraces et sacrae litterae monent. Epist. 49, quaest. 3.

27. Sacrificia cum exhibentur Deo, vera religio est: cum autem demonibus, noxia superstitio. *Ibid.*

28. Gravior est Deo pro fratre deprecatio, ubi sacrificium charitatis offertur. Epist. 126.

29. Nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificamus. Lib. 20, contra *Faust.*, cap. 24.

30. Ab oriente sole usque in occidentem, non in uno, sicut Judaei fuerat constitutum, sed in

omni loco offertur sacrificium christianorum, non canit Deo, sed Deo Israel. In orat. *advers. Judaeos*, cap. 9.

31. Sacrificia visibilia, cum sint in terrenis rebus exigua, magnarum et divinarum signa sunt rerum. Lib. 1 contra *Advers. legis*, cap. 16.

32. Sacrificia Deum non egere quis necesse? sic nobis, non illi, utile est offerre sacrificium Deo. *Ibid.*, cap. 18.

33. Non est sacratius laudis sacrificium, quam in actione gratiarum. *Ibid.*

34. Sacrificii Ecclesiae umbrae fuerunt omnium priorum genera sacrificiorum. *Ibid.*

35. Nulla ratione conceditur, ut pro non baptizatis cujuslibet aetatis hominibus, offeratur sacrificium corporis et sanguinis Christi. Lib. 1 de *Anima et orig.*, cap. 11.

36. Christus factus est sacrificium pro peccato, quia nullum habebat ipse peccatum. Tract. 41 super *Joan.*

37. Sacrificium volo quod prosit homini. Homil. 6 ex *Luca Homil.*

38. Sacrificium christiani est elemosyna in pauperem. *Ibid.*, homil. 29, cap. 1.

S. BASILIUS MAGN.

39. Perpetuo Deus sacrificium non quasi eo egeat, meo arbitratu quaerit: magis vero sacrificium illud admittit ut magnificentiam apretiosum, mentem videlicet, quae pietatis ac justitiae studio nititur. Epist. 87, ad *Simplicianum haereticum*.

S. BERNARD.

40. Magna puritate cordis debet ille intendere in eum cui sacrificium offert; seipsum attendere, qui offert, intelligere quod offert. De *Vita solit.*

S. BONAV.

41. Cor, et non substantiam pensat Deus: nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto offeratur. Sermon 2 *Dom. 5 post Pent.*

CASERODOR.

42. Ipsum sacrificium honorat Dominum, quod puritate fidei, et actionum probitate fuerit immolatum. Super *Psalm. xi*, vers. ult.

43. Qui moritur mundo, hostia fit Christo. *Ibid.*, vers. 45: *Immola Deo*.

FRANCISCUS TITIELM.

44. Nullum est sacrificium tam a nobis Deo debitum, quam ut vitam juxta ejus voluntatem ducamus. In *Elucid.* super *Psalm. iv*, vers. 6.

GLOSS. INT.

45. Humiliatum cor, sacrificium est Deo. Super *Psalm. cxxx*.

46. Non perpendit Deus quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur. Super *Luc.*, cap. xii.

S. GREGOR. MAGNUS.

47. Hoc solum Deus sacrificium accipit, quod ante ejus oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit. Homil. 35 super *Evang.*

48. Gratium Deo sacrificium est, afflictio contra peccatum. Homil. 10 super *Evang.*

49. Nullum est tam gratum Deo sacrificium,

quam zelus animarum. Super *septem Psalm. Penit.*, super *Psalm. iv*, vers. 41; et homil. 12 super *Ezech.*

50. Hoc inter sacrificium atque holocaustum distat: quod omne holocaustum, sacrificium est: sed non omne sacrificium, est holocaustum. *Prose.*

51. In sacrificio etenim pars pecedis, in holocausto vero totum pecus offerri consueverat.

52. Qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant, sacrificium offerunt.

53. Qui vero nihil sibi metipsis reservant, sed sensum, linguam, vitam atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti Domino immolant, isti holocaustum offerunt. *Ibid.*, homil. 20.

54. Quidquid in Dei sacrificio ex seculo offertur, omnipotentis Dei non placet iracundiam, sed irritat. Lib. 6 in *Registro*, indict. 2, cap. 110, epist. 110.

55. Placens sacrificium Deo, corporum nostrorum mortificatio est. Lib. 4 super *Levit.*, cap. 1.

56. Qui claudam, et mutilam, et qualibet sordem maculatam obtulerit hostiam, sacrificii reus est. epist. 7, ad *Leitan.*

57. Grandis fidei est, grandisque virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre Domino. Lib. 4 *advers. Jovian.*

58. Sacrificia reprobanduntur oblationum, nisi purus et sanctus fuerit animus offerentis. Epist. 8, de *Scientia divinae legis*.

59. Deus non quaerit sacrificia, sed offerentium animum. Lib. 48 super *Isaian.*, cap. lxxvi, super illud *Malach. ii*: *Omnia quae oderam faciebatis*.

60. Melius est offerre Deo pro incertis peccatis sacrificia, cum non debeas, quam ingratum esse, cum debeas. Sermon in *Job et Abraham*.

61. Sacra oblatio sive illam Petrus, sive illam Paulus sive cujusvis meriti offerat, eadem est quam dedit Christus ipse discipulis: quamque sacerdotes modo faciunt, nihil habet ista quam illa minus. Homil. 2 super *II Tim.*

62. Sacrificium maximum, humilitas est: hoc sacrificium humilitatis melius melius est, quam Judaeorum. Homil. 2 super *Psalm. i*, vers. *Sacrificium Deo spiritus*.

63. Sacrificemus, dilectissimi, sacrificemus in ipsis sacrariis quotidie, hoc et oratione et jejunio, et multis hujusmodi officiis majus est sacrificium: modo ex juxto labore fiat et lucro, et omnis sit expertus avaritia, rapina, violentia. Haec oblationes Deo gratiae sunt, alias respuit odique, neque vult alienis calamitatibus honorari. *Prose.*

64. Impium enim et profanum id sacrificium

HERSCHEUS.

S. HIERON.

S. JOHANNES CHRYSOST.

est, et irritat potius Deum, quam placet. *Ibid.*, homil. 12 super *Joan.*

65. Non peccata, non vitulos, sed te totum Deo offeras sacrificium, sic viventem hostiam exhibebis: nam que superiori tempore figura erant, holocausta, sacrificia non sunt amplius; sed omnia veritas. Homil. 32, in illud: *In spiritu et veritate adorare.*

66. Sacrificium Christi semper nos purgat. *Ibid.*, homil. 17.

67. Sacrificium illud horrore, ac reverentia plenissimum est. Lib. 6 de *Sacerd.*

68. Sacerdoti horrendum sacrificium celebranti angeli assident, et coelestium potestatum universus ordo, et locus altari vicinus in illius honore, qui immolatur, angelorum choris plenus est. *Ibid.*

S. BENEDECTUS. 69. Porum sacrificium reputatum est apud Deum, et acceptum est ei: non quod indiget a nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert glorificatur ipse in eo quod offert, si acceptetur munus ejus. Lib. 4 *advers. Haeres.*, cap. 24.

70. Non sacrificia sanctificant hominem, non enim indiget sacrificio Deus, sed conscientia ejus, qui offert, sanctificat sacrificium, pura existens. *Ibid.*

LACT. FIRM. 71. Duo sunt quae offerri debent Deo, donum et sacrificium. Donum in perpetuum, sacrificium ad tempus: donum, est integritas animi: sacrificium, laus et hymnus. Lib. 6 de *Divin. inst.*, cap. 25.

72. Illa quae aut digitis fiunt, aut extra hominem sunt, hoc sacrificium verum non est: nec quod ex arca, sed quod ex corde profertur: non quod manu, sed quod mente libatur; haec acceptabilis victima est Deo, quam de seipso animus immolat. *Prose.*

73. Nam quid hostias? qui thura? quid vestes? quid aurum? quid argentum? quid pretiosi lapides conferunt, si colentis pura mens non est?

74. Sola ergo justitia est, quam Deus expetit: in hac sacrificium, in hac Dei cultus est. In *Epitome*, cap. *Nam.*

ORIGENES. 75. Non est acceptum Deo sacrificium, nisi verum et sincerum. Habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, de *Poenit.*, dist. 3, can. *Inter.*

PHILO JUD. 76. Sacerdotes offerunt que decet offerri, non cruentas victimas, sed similes cibum hominis purissimum, quod perpetuum et quotidianum est sacrificium. Lib. 4 de *Victimis.*

77. Veri Dei templum non patet profanis sacrificiis. *Ibid.*, lib. 2.

78. Gaudet Deus aris, nullo igne calentibus, quas cingit virtutum chorus. Lib. de *Plant. Noe.*

79. Sicut videndum est quid et cui offeras: ita etiam considerandum est ubi offeras, quia veri sacrificii extra catholicam Ecclesiam locus non est. *Sent.* 15 ex August. excerpt.

80. Sacrificium gratum et acceptum Deo nostro, mentis modestia est. Super *Psal.* l., vers. 18: *Sacrificium Deo.*

81. Juge sacrificium in ara cordis est bona voluntas semper bene agendi, et semper Deo servienti. In *Horulo rosar.*, cap. 12.

SENTENTIA PAGANORUM.

82. Divinum numen placandum est atque deprecandum precibus et sacrificiis. Sisygia 2, in *Dialogo Theogin.*

83. Grave indignumque esset, si Deus ad nostra sacrificia respiceret, non vero ad animum, si quis pius et justus mirum sit. Sisygia 4, in *Dialog. Alcibiadis.*

Vide etiam tit. *Eucharistia*, sent. 211, 212, 213, 226; *Sacramentum*, in *Divisione*; *Suffragia de-junctorum*, sent. 5, 6; *Volunt.*, sent. 49.

SACRILEGIUM.

Etymologia. Sacrilegium dicitur, quasi sacrilegium, eo quod ledat sacra Deo.

Sacrilegi dicuntur a profana diligentia: sacrum enim, mundum et profanum significat. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. x.

Sacrilegus dicitur ab eo quod sacra legit, id est, furatur. Lib. 10 *Etym.*, verbo *Sacrilegus.*

Definitio. Sacrilegium est sacre rei lesio, seu violentio. Part. 2, tit. 2, cap. 21.

Sacrilegium est vitium, quo irreverentia exhibetur personis, vel locis, vel rebus sacris. *Ibid.* Sacrilegium est publici juris transgressio. In *Decretis Gratiani.*

Sacrilegium est quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. In *Decretis*, causa 17, quest. 4, can. *Si quis.*

Sacrilegium est sacrosancti violentio. Super *Epist. ad Romanos*, cap. II, in illud: *Sacrilegium facis.*

Sacrilegus ille est, qui aliquid aufert sacri. Lib. 7 de *Benej.*, cap. 7.

SENTENTIA PATRUM.

4. Gravius est sacrilegium commissum in personam sacram, quam locum sacrum: quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis. Part. 2, tit. 1, cap. 21, § 1.

2. Sicut qui Ecclesiam Dei devastat, et ejus praedia, et donaria spoliat et invadit, fit sacrilegus: sic ille qui Sacerdotes ejus insequitur, sacrilegus judicatur. *Ibid.*

3. Qui detinent legata facta ecclesiis vel aliis quod venerabilibus locis relinquunt, sacrilegium committunt. *Ibid.*, cap. 21, § 3.

4. Vasa sacra et vestes sacras, et alia ornamenta ecclesiae, et multo magis reliquias sanctorum irreverenter tractare, vel immundas temere, et laicos uti in suis representationibus, his que sacra sunt magnum sacrilegium est. *Ibid.*, cap. 24, § 5.

5. O quam detestabilis est incuria quorundam clericorum, qui calices permittunt rubigine destrui, taballas, et pallas altaris, et corporalia turpissima remanere, casulas et alia paramenta totaliter dilacerari: et tamen ipsi miserim non paterentur talibus vestibus indui, aut talibus taballeis mensam suam parari; et quid sunt ista, nisi sacrificia? *Ibid.*

6. Magnus honor, magna est potestas sacerdotum: sed si non vivunt caste, sed luxuriose, sacrilegium committunt. Part. 2, tit. 5, cap. 8, § 2.

7. Temeritas asserende incerta dubisque opinionis, difficile sacrilegii crimen evitat. *De Genesi ad litt. imperf.*, cap. 4.

8. Sacrilegium tanto est gravius peccatum, quanto committi non potest, nisi in Deum. Lib. 4 *contra Cresconium*, cap. 10.

9. Trahit ad consortium plerumque criminis plurimus, catena sacrilegii. *Ibid.*

10. Non undecumque tollere, hoc est sacrilegium; sed qui aliquid de Ecclesia furatur, Judae perditio comparatur. Tract. 59 super *Evang. Joan.*, cap. xii.

11. Jejunis sacrilegorum, meliora sunt praedia iustorum. *De Bono conjug.*, cap. 8.

12. Nimis amando sententiam suam, usque ad sacrilegium pervenire, diabolica presumptio est. Lib. 2 de *Baptismo contra Donat.*, cap. 6.

13. Justum est ut etiam in sacrilego non violentem quod verum invenio sacramentum: nec sic emendem sacrilegium, ut in eo perpetrem sacrilegium. *De unico Baptismo*, cap. 3.

14. Religiosus sacrilegus persequitur, non sane nocendi studio, sed necessitate potius consulendi. Lib. 4 *contra Crescon.*, cap. 46.

15. E poena est, qui sanctum tractat illicite, et ille est corrigendus: non sanctum quod illicite tractat, illicite rescindendum. Lib. 2 *contra Crescon.*, cap. 30.

S. BERNARDUS. 16. Quidquid praeter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retinet, tum non est, rapina est, sacrilegium est. Epist. 2 ad *Fulconem.*

GLOSS. INT. 17. De verbis Domini humano sensu argumentari, sacrilegium est. Super *Hierem.*, cap. xxxi.

18. Sacrilegium, et contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquunt, prave voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere. Lib. 8 in *Registro*, ind. 3, cap. 6, epist. ad *Sabinum subdium.*

19. Amico quiippiam rapere, furtum est: Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium est. Epist. 2 ad *Venetian.*

20. Pars sacrilegii est, rem pauperum dare non pauperibus. Epist. 26, ad *Pammach.*

21. Vas Christo oblatum, Domino dedicatum, dementi temeritate pollueri, sacrilegium est. Epist. 22, ad *Susannam*, in *corruptorem ipsius.*

22. Sacrilegium avaritiae copulatum est. Lib. 16 super *Isaiam*, cap. xix, super illud: *Opera corum, opera inutilia.*

23. Haec vivorum mors est, vivere sacrilegiis. Super *Psal.* cxxiii.

24. Sacrilegium committitur, si quis infregerit ecclesiam. Epist. ad *omnes Episcop.* Habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 16, quest. 4, can. *Quisquis*, § *Sacrilegium.*

25. Qui res Ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit, et sacrilegus deputandus est. *Prose.*

26. Qui Ecclesia bona sine Ecclesia suscipit, tanquam raptor atque sacrilegus anathematizari debet. Lib. 1, epist. 13, ad *Alexand. papam.*

27. Absit, ut quod ex offensum merito sacrum est, in sacerdotum manibus sacrilegium fiat. Lib. 4, epist. 1, ad *Albert. episc.*

28. Sciat se committere sacrilegium, sublate a possessione Dei re sacratissima. *De Decalogo.*

29. Sacrilegii crimen incurrit, qui praedia ecclesiastica vexat. Hab. in *Decret. Gratiani*, parte 2, causa 12, quest. 2, can. *Prodia.*

30. Sicut qui Ecclesiam Dei devastat, et ejus praedia spoliat et invadit, fit sacrilegus: sic ille, qui ejus sacerdotes insequitur, sacrilegus judicatur. *Ibid.*, part. 2, causa 17, quest. 4, can. *Sicut.*

31. Non gravius est peccatum fornicatio, quam sacrilegium: sicut enim majus peccatum est, quod in Deum committitur, quam quod in hominem sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari. *Ibid.*

32. Quisquis de thesauro Ecclesiae, vel de substantia Deo famulantium aliquid occulte abstrahit, sacrilegium perpetrat. Super *Epist. ad Romanos*, cap. n, can. 22.

33. Genus est sacrilegii, ubi christianus malorum cultibus communicat, quorum festivalibus delectatur. Lib. 6, de *Gubern. Dei.*

34. Sacrilegii genus est, Dei odisse cultores. *Ibid.*, lib. 8.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HIERONIMUS.

S. HILARIUS.

S. JOAN. VII.

S. PETERUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PIUS PAPA.

S. REMIGIUS.

SALVIANUS.

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

35. Loca sacra et religiosa profana haberi, sacrilegium est. Orat. 30, de *Harpisic. responsis.*, num. 9.

36. Sacrilegio pena est; nec ei soli, qui e sacris abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum. Lib. 2, de *Legib.*, num. 40.

PLATO.

37. Quicunque deprehensus in sacrilegio fuerit poenis afficiatur. *Syzygia*, 4, lib. 9, de *Legibus*.

SENeca.

38. Nihil in rerum natura tam sacrum est, quod sacrilegium non inveniatur, sed ideo divina minus in sublimi sunt. De *Constant. sapient.*, cap. 3.

39. Quisquis id quod decorum est sustulit et contempsit, atque in usum suum vertit, sacrilegus est. Lib. 7, de *Benef.*, cap. 7.

40. In his observatur sacrilegium, que religio munim adscripsit. *Ibid.*

41. Malum est sacrilegium, et plurima mala facit, sed cum tormentis et corporis et animi. Epist. 87.

42. Sacrilegia minuta puniuntur, magna triumphus feruntur. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Furtum*, sent. 5; *Mendacium*, sent. 65; *Mysterium*, sent. 21; *Pauperas in genere*, sent. 23, 24; *Peccatum in genere*, sent. 290; *Sacerdotis dignitas*, sent. 10; *Sacrificium*, sent. 56; *Votum*, sent. 81.

SALUS ANIMÆ.

S. DONAV.

Definitio. Sanitas animæ consistit in recta et circumspecta actione, in caute locutionis observatione, in rectitudine voluntatis, in ordinatione affectionis, et utilitate cogitationis. Lib. 2, de *Profectu religiosior.*, cap. 8.

S. GREGOR.

Sanitas animæ, est divine voluntatis prosper successus factus in anima. Orat. 4, de *Orat. Dominica*.

NYSS.

SENTENTIE PATRUM.

S. ALBERTUS

MAG.

4. Zelus animarum verus et perfectus, est quando aliquis sanctis meditationibus, ferventibus desideriis, lacrymis, orationibus, vigiliis, jejuniis, prædicationibus, confessionibus, consiliis, doctrinis, atque aliis bonis operibus pro salute animarum laborat.

S. AMBROS.

2. Si cor habes, intellige, quia omni necessitate major est necessitas animæ salutis. Serm. 4, de *Camelo*.

3. Questus est plane non medicus, ubi lucrum non pecuniarum, sed acquiritur animarum. Serm. 78.

S. AUGUST.

4. Salus animæ cum immortalitate corporis, virtusque justitiæ, et victoria de cupiditatibus inimicis, et gloria et honor, et pax in æternum, non dantur nisi bonis. Epist. 70, ad *Bonifac.*

5. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, ubi adepta nihil timetur. Epist. 45, ad *Arcementarium*.

6. Non solum de salute tua, verum etiam de multorum meditare. De *Salutar. docem.*, cap. 6.

7. Nescientes quis perlineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. De *Corrupt. et gratia*, cap. 45.

8. Nemo insanabilior eo, qui sibi sanus videtur. Super *Psaln.* lxxviii, conc. 2, vers. 46.

9. Ubi non est salus, succumbit infirmitas, et deseritur veritas. Super *Psaln.* cxviii, conc. 29.

10. Sanns tibi esse videris? detrahe medicamenta, et vide quid potes. Serm. 1, *Dom.* 2, *Quadr.*

11. Non alia salus animæ est, quam renovatio aut reconciliatio auctori suo. De *Quant. animæ*, cap. 3.

12. Nullus homo fit salvus, nisi quem Deus voluerit salvum fieri: et ideo rogandus est ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. In *Enchirid.*, cap. 103.

13. Tota spes salutis nostræ, zelus Dei est. *Cont. Adimant.*, cap. 11.

14. Non dedignabitur salvare, qui dignatus est creare. Tract. 34, super *Jovan.*

15. Si commisi unde me damnare potes, tu non amisis unde salvare soles. Lib. *Medit.*, cap. 39.

16. Salus nulla est, nisi in societate Dei. Tract. 4, super *Epist. Joan.*

17. Est quasi vas vacuum, cui cura deest animarum. In suis *Proverbiis*, verbo *Est*.

18. Frustra pro salute corporis laboratur, nisi salus animæ obtineatur. *Ibid.*, verbo *Frustra*.

19. Si vis salvari, nihil huic præpone salutis. *Ibid.*, verbo *Si*.

20. Nullatenus salvari putandus est, quando quis non timet inordinatis moribus adherere, supervacuis verbis delectari, turbulentis cogitationibus devastari. Homil. *Dom.* 12, post *Trinitat.*

21. Duo sunt in quibus consistit nostra salus, justificatio et glorificatio. Altera initium, altera perfectio est: in illa labor, in hac autem fructus laboris est. In suis *Sentent.*, cap. *Duo*.

22. Sine timore et amore Dei, salus esse non potest. Serm. 37, super *Cent.*

23. Benigne audiendum est, devote suscipiendum, sollicitè conservandum quidquid ad animarum salutem perlineat. Serm. 2, de *SS. Petro et Paulo*.

24. Cum iudicium carnis ex anima pendeat, carni nihil potest utilis quam salus animæ provideri. In *Declinat.*

V. BIDA.

S. BERNARD.

25. Præter salutem tuam nihil cogites, quoniam in acquisitione salutis tue nemo est tibi germanior, nemo propinquior teipso. De *Inter. domo*, cap. 65.

26. Animarum, proh dolor! nec casus reputatur, nec salus. Serm. ad *Clerum in concilio Rhemensi*.

BOETIUS.

27. Animorum salus nihil aliud videtur esse, quam probitas: eorumque aegritudo, quam vitia. Lib. 4, de *Consolat. philas.*, prosa 6.

S. DONAV.

28. O insaniam ægroti! anima tua languet in peccatis usque ad mortem æternam, et non querit medelam. Serm. 10, in *Rogat.*

29. Iuste salus illa, quæ turpiter amissa est per voluptatem, fortiter recipitur per dolorem. Lib. 4, *Phœtra*, cap. 48.

30. Non commoda rerum, sed lucra queramus animarum. Epist. ad *Quendam provincial.*

31. Tanto diligentius cura animarum curandis adhibenda est, quanto animarum morbus periculosior est, et cura difficilior, et sanitas præstantior animæ, quam corporis morituri. *Prose.*

32. In quantum vero plus de corporis sanitate sumis, quam de animæ salute solliciti, in tantum convincimus illud plus diligere, et ejus sanitatem amplius desiderare. Lib. 2, de *Profect. relig.*, cap. 7.

S. CRESARIUS

ARELAT.

33. Anima peccatrix dum adhuc in fragili suo corpusculo continetur, remedia sibi æterna provident. Homil. 15.

34. In remedium salutis sum semper tardus est, qui vitæ sue incertus est. Homil. 17.

35. Quod vivimus, non morti prociat, sed saluti. *Ibid.*

36. Quidquid pro carne laboramus, totum peribit: hoc solum perire non poterit, quod unusquisque pro salute animæ in cordis reponit. Homil. 20.

CASSIODOR.

37. Non potest ab alio salus venire, nisi a salutis auctore. Super *Psaln.* vii, vers. 2: *Neque qui saluum faciat*.

38. Si corpus periculis exponitur, animæ tamen salus illæsa servetur. Super *Psaln.* lxi, vers. 4.

39. Quod fortius quam animas salvare, quæ errorum suorum vitis poterant interire? Super *Psaln.* lxxvii, vers. 42.

S. CLEMENS

PAPA.

40. Salus non vi acquiritur, sed libertate: nec per hominum gratiam, sed per Dei fidem. Lib. 10, *Recognit.*

S. CYPRIAN.

41. Non ambulando proficiet ad salutem, qui salutaris viæ non tenet veritatem. De *Unit. Eccles.*, cap. 2.

S. CYBILLUS

HIEMOSOL.

42. Natura est capax salutis, sed requiritur voluntas. *Cateches.* 2.

43. Domine sufficit ad sanitatem mihi, si tu memineras mei. *Ibid.*

44. Etiam si publicanus, etiam si scortator sis, spera salutem. *Cateches.* 8.

45. Salus non aliter existere potest, nisi qui salutem consequuntur, dii fiant. De *Eccles. hierarch.*, cap. 1.

46. Qui salvari cupit, abstineat se non solum a malo; sed et quod bonum est faciat, necesse est. *Doctrina* 12.

47. Omnium fuit una sententia, ita impossibile esse salvari animam absque humilitate, ut navim sine clavis ædificari. *Doctrina* 14.

48. Satis dives es, si vitam obtines. Serm. 2, de *Panitent.*

49. Si quis salutem in se invenire desiderat, de se prius exeat, et se relinquat. Serm. de *Castigat.*

50. Deo res est gratissima, animarum lucrum. In suis *Opuscul.*, collat. 12, de *Humilit.*

51. Salus hominum, pena est demonum. S. GAUDENT.

Tract. 4.

52. Cibus Deo placitus est peccatorum salus. Super illud *Gen.* xxvii: *Affer mihi cibos*.

53. Custodia nostræ salutis, et dux, doctrina est. Super *Levit.*, cap. xvi.

54. Major cura humane salutis Deo est, quam diabolo perditionis. Super *Nova.*, cap. 25.

55. Qui secundum magnam misericordiam se querit salvari, non temporalis, sed æternæ vitæ salutem inquirat. Super *Orat. Manassis*, in illud: *Secundum magnam misericordiam*.

56. Fallitur quisquis per se vel per hominem putat salvari. Super *Psaln.* xxxiii.

57. Salus creature, lucrum est Creatoris. Super *Hierem.*, cap. xv.

58. Invidia non vult homines salvari. Super *Luc.*, cap. xv.

59. Nullum est tam gratum Deo sacrificium, quam zelus animarum. Super septimo *Psalno Panit.* Super *Psaln.* iv, vers. 14, homil. 12, super *Ezech.*

60. Nemo de salute desperet, quia etsi magni sunt morbi scelerum, qui depriment, omnipotens Deus est medicus, qui salvat. Serm. 1 *Dom.* 2, *post Pent.*

61. Melius est rem familiarem minui, quam salutem animæ perire. *Prose.*

62. Melius est amittere quod, velimus nolimus, aliquando peritum est: melius est sponte dimittere, quam id amittere pro quo omnia dimittenda sunt. Epist. 14, ad *Gerontiam*.

63. Sana sunt corpora, et animæ, quæ fortior est, denegat sanitatem. *Prose.*

64. Quomodo corpus sanum dicitur, si nullo languore vexetur: ita anima absque vitio, si nulla perturbatio quatiatur. Lib. 3, *Dialog. advers. Pelag.*

DIONYSIUS

AREOPAG.

S. DEBOTE.

S. EPIREM.

S. EUSEBIUS

EMISENENS.

S. FRANC.

ASSISIAS.

S. GAUDENT.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGNUS.

EATMO.

S. HIERON.